

Dorn, Gerhard

Lapis Metaphysicus, Aut Philosophicus Qui Universalis medicina vera fuit
patrum antiquorum, ad omnes indifferenter morbis: etia[m] eos quos
incurabiles vocarunt illi qui curare non potuerunt ; Et ad metallorum
tollenda[m] lepram, fabricandos lapides preciosos, &c.

S.I. 1570

Alch. 77#Beibd.1

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00015364-3

VD16 D 2405

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Daten systemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

LAPIS METAPHYSICVS,
 A VT PHILOSOPHI-
 CVS, QVI VNIVERSA
*salis medicina uera fuit patrum anti-
 quorum, ad omnes indifferenter mor-
 bos: etiā eos quos incurabiles uocarunt
 illi qui curare non potuerunt.*

Et ad metallorum tollendā lepram, fa-
 bricandos lapides preciosos, &c.

Per
 GERARDVM DORN.



M. D. LXX.



M. D. L. V.

ILLVSTRISSIMO PRIN-
cipi Ludouico, Vuirtembergico
Theccioq; Duci, Comiti Mompe-
licardi, &c. Salus.

Scribendum inter hæc de ue-
ra metaphysica patrum an-
tiquorum, Illustrissime Prin-
ceps, penes quos munimenta quædam in
hunc usque diem à Deo reseruata sunt,
ne ab impijs & ambitiosis hominib. unà
cum cæteris omnino deprauarentur ar-
tibus: cogitare cæpi de patrocinio. Maxi-
mè quòd hoc tēpore quicquid ignoratur,
etsi uerissimum existat, nilipenditur, ab
eis præsertim qui doctrinas hausere fal-
laces Gentiliū. Quid mirum? Nunquid
& Euangeliū Dei propter Sophistas qui
contorserant illud, ab omnibus fermè spre-
tum erat, ualde paucis exceptis, ut scintil-
la quædam, quæ maximum in ignem à

EPISTOLA

summo Creatore quandoq; foret iterum
 excitanda? Non secus una dierum spera-
 mus futurum, ut artes quæ iam in maxi-
 mo precio sunt (etiam deprauatissimæ)
 per scintillæ suæ vires, quæq; suam in lucē
 ac ueritatem resurgat. Hac à me dicta
 sunt, quòd uideam Seculum hoc ferreum
 fœtenti sulphure tam inuolutum atq; ue-
 nenis, ut refragantiam & uirtutes pu-
 rioris metalli cuius suis respuat, non metal-
 lum ipsum. Istud siquidē, aut corpus eius,
 non animam, potiùs quàm animum pro-
 prium excolit. Non hac de causa Deus O.
 M. hominum genus auro gemmisq; dita-
 uit, ut ex eis idolum sibi fingeret, sed ut in
 proximi subuentionem uteretur, ac sani-
 tatem: contrà magis in animi sui perni-
 ciem, quàm corporis detrimentum abuti-
 tur. Horum superficiali pulchritudine tā-
 tum æstimationeq; delectati, uerum arca-
 num hoc ut caci prætereunt: nempe Deū

DEDICATORIA.

& Naturā fulgentissimis corporib. præ-
 stantissimum inhabitatorem spiritum de-
 disse. Nec est quod ex sua moralitate quis-
 quam hoc loco nobis Æsopū Phrygium,
 uelut sub uili corpore nobilem adducat a-
 nimum: nisi resoluerenorit, quānam fiat,
 ut sub uilissimo lapide lateat aurū & ar-
 gentum, & gemmæ sub rudi cortice con-
 tineantur. Eorum loco respondebimus, ut
 uidentes non uideant illi, qui lucem & ue-
 ritatem fugiunt id fieri. Tamen ex his ru-
 dioribus præstantiora norunt eruere, hisq;
 solum cōtenti lætiq; felices undas præter-
 eunt, rursusq; magis quāam antea cacu-
 tiunt: uidentesq; sub isto corpore nobilio-
 re, de uili per ipsos eruto, naturā excellen-
 tius quid adhuc quærendū esse docere, mi-
 nus uidet. In eo rudiores existimati homi-
 nes, ipsis mūdi sapientibus longè Rebus pu-
 blicis utiliores existunt, quum illi sese mil-
 le periculis obruentes, montium excava-

EPISTOLA

re uentres audeant, infinitosq; labores li-
 benter atq; sudore Vulcanicos ferre. Isti
 uerò laborem fugientes omnem, uiliori-
 bus etsi perperam utuntur. Quid refere
 (aiunt) modò iuuent, ac nobis impleant
 loculos. Nec satis esse uidetur illis, ac illos
 qui melioribus insudant, carpūt, & quod
 peius est, ut hominib. reddant odiosos, prae-
 ter equitatē & rationes uituperant. Non
 uident interim quàm sese turpiter eis ri-
 dendos exhibeant, qui secretiora naturae
 mysteria norunt. Praesertim quòd Physi-
 cam & Metaphysicam à Gentilibus ca-
 piosissimè descriptam habeāt, legant, eisq;
 per uitam operam nauent, & uerā Phy-
 sicam & Metaphysicā ignorare, uilipen-
 dere, sardesq; margaritis praeferre non eru-
 bescant. Hoc me summoperè mouit Illu-
 strissime Princeps, hosce meos qualescūq;
 labores protectioni tuae committere. Cum
 sciam prae multis ad arcana mysteriaq;
natura

DEDICATORIA.

natura decedenda maximè idoneos fore.
 Suscipe igitur peregrinam errantem non
 erroneam ouem: quò ueris adducta stabu-
 lis, fructus adferre ueros hominibus queat
 bonæ uoluntatis. Alij uerò silices etsi mul-
 geant in arte metaphysica sua, non referunt:
 quia uilioribus quibusq̃ delectati sunt ha-
 ctenus. Vale Serenissimè Princeps. Iam
 prefaturus aggrediar hanc artē enuclea-
 re lectoribus. Iterum uale uineq̃ feliciter
 annos innumeros.

A

4

ELEN-

ELENCHVS CAPITVLO- rũ in hoc Opusculo contentorũ.

De separatione metaphysica per se facta.

De separatione per uehiculum.

De secunda separatione.

De ornamento coeli metaphysici.

De definitionibus, & nonnullis diuisionibus uocabu-
lorũ, quibus in opusculo describendo hoc utimur.

De alijs differentijs dictionum antea definitarum, di-
uisionibusq; scitu necessarijs.

De generali practica lapidis philosophici, per corrup-
tionis & generationis rotas.

De peculiari practica lapidis ex opere minore.

De coheretia metaphysicarum operationum utriusq;
practices.

De practica dicti philosophici lapidis excellentissima.

De practica lapidis philosophici minus ardua.

De modo coelum aut clauem extrahendi philosophi-
cam à uegetabilibus, ut melle nouo, chelidonia, flo-
ribus, humano sanguine, nec non utroq; uino.

De uniuersalitate Mercurij philosophici.

De quibusdã annotationibus in ea quæ prædicta sunt.

De abbreviatione lapidis philosophici.

De preciosorum lapidum fabricatione per metaphy-
sicam artem.

De plurium unionum, aut preciosorũ lapidum in uni-
cum reductione.

De his quæ ad hanc artem apprimè necessaria sunt.

PRAEFA

P R Æ F A T I O.

P Robare nos ab exordio de-
 cet, nostram Metaphysicam
 legitimā prolem; & quasuis
 alias adulterinas fore. Ne-
 gant moderni Physici Metaphysicūq;
 pertinaciter quintam essentiam nostrā.
 Hoc nobis argumentum est optimum,
 contra similes docendi suas opiniones
 fore nullas. Quid cœlum esse iudicabūt
 isti? Negare nobis audebunt esse quin-
 tum esse quid à quatuor ut purū ab im-
 puris à Deo separatū, aut ignorare hoc
 ipso fatebuntur? Dubiū nō est eos arca-
 num hoc nō intelligere. Si cœlum etiā
 à quatuor primis essentijs separatū esse
 nobis admittant, ergo quinta essentia.
 Nisi dixerint cœlum etiā fore quatuor
 elementa, & essentias quatuor puras, ut
 octo sint essentiæ. Hoc ipso negabunt
 cœlum purum existere, foreq; dicēt, ut
 inferiora sint elemēta. Nam puritas ab
 unione dicitur hoc loco magis quàm à
 sinceritate. Si quatuor elementa forent
 in cœlo, sicut inferius mixta: mixtim
 A 5 etiam

P R A E F A T I O.

etiam apparerent in eo prout hic, quod
minimè fit. At unicū uidetur elementū,
plurimis ornatū cœlestib. corporibus,
ac tot quot mundus inferior: istis etiam
correspōdētibus, ut effectibus suę cau-
sæ. Hæc est uera separatio elementorū,
quā Alchimistas ueros imitari decet,
purioris nempe substantiæ ab impuris
elemētis, ut superioris ab inferiore. Se-
paratio uulgaris illa quę fit oleorum ab
aquis, & horū à suis terris, qualitātū est,
nō elemētōrū. Vt si oleum, quod non-
nulli aerem appellant à sua terra separe-
tur & aqua, nil factum erit aliud, quā
quòd elemēta uiscosiora, pinguiora, ca-
lidiorāue, sint à suis qualitātibus per se-
parationē earum facta. Nā cuius harū
partiū quoduis inest elemētū, quocūq;
modo separetur. Sanius ergo sic nomi-
nandæ sunt; uidelicet elementum cali-
dū pro parte cui magis adhæret ignis,
calor: humidū, cui aquæ magis humor:
frigidum, cui aeris frigus, & siccum cui
maximè terre siccitas: quas quidē appel-
lationes etiā usurpabimus infra. Sed ut
ad cœlū redeamus, Istud incorruptibilē
esse

P R A E F A T I O.

esse mundi partē ac alteram, quam superiore antiqui Sapientes mūdum appellarunt, et ab inferiori totius altera parte inferiore mundo corruptibili uidelicet, à Deo segregatā affirmarunt. Hanc etiā uniuersalem essentiā quintam, & naturalem formā aptissimē uocamus. Inferiorem uerò mūdū naturæ materiā etiam uniuersalem, & formarū eius omnium susceptiuā. Antequā à suo toto (quod Chaos nominatur) seiunctæ partes ambæ forent quas diximus, confuse continebat alterā utraq; sic, ut postea uinculum unionis primæ & amoris in se retineat, ad alterā indies connecti cupiens alterutra. Qui quidē affectus atq; desiderium, omnis generationis causa est, & uerè natura dicitur. Hæc sunt physices nostræ principia, quæ meis latius præcedētib. libellis tractata sunt. Nūc uerò quæ Metaphysices nostræ principia sint, uideamus, ne carere suis dicant fundamētis, qui tam acriter & perperam in eam inuehūtur. Quia Metaphysica propriè nihil aliud est, quàm ars ex naturalibus cōstans principijs, & naturā excellens artifi-

P R A E F A T I O.

artificio, necessariū fuit eisdē uti principijs quibus ipsa, quòd alia fabricare nequeamus. At ubi suā terminauit Physicam, nos Metaphysicam inchoamus accipiētes ea quæ terminata perfectaque naturaliter nobis reliquit & præparauit, ac ea supernaturali quodā artificio plus quàm perficimus. Et quia cœlum naturæ magnum tractare manibus nō possumus omne, nostris nec organis elementa cuncta concludere, cogimur ad naturæ similitudinem, & imitationem ex naturalib. uenari magisterio nostro separationis nostrum cœlum ab impuris elementis nostris, ut Chaos nostrum fabricemus: à quo nobis inchoandum est opus hoc admirabile, quod natura magisterium excellere debeat. Iam, nō fallor, intelliges cur dicamus Metaphysicam nostram, opus omne superare naturæ. Nam separatio cœli ab elementis, aut prima diuisio Chaos, naturale non fuit artificium, sed merè diuinum. In eo tamen imitari naturam uerè dicimur, quòd per modū corruptionis atque generationis operemur in hac arte, & eisdem

P R A E F A T I O.

eisdē principijs utamur, quibus & ipsa.
 Latius dicimus in quouis elementato
 corpore naturali cœlum, & elementa
 pro parte contineri: aliàs generari non
 possunt. Ergo dum hæc separamus, for-
 mam & materiam similes habere possu-
 mus illis, de quibus ante sui diuisionē
 Chaos extitit. Cur igitur in nos perpe-
 ram latrat adhuc Cerberus? ac si forent
 impossibilia quæ per hanc docentur ar-
 tem. Si cœlum superius & inferiora ele-
 menta per naturam suam generant om-
 nia, cur ex eiusdē cœli partibus, & eo-
 rundem elementorum, ipsorum natura
 media per nos unā cum ipsis inclusa no-
 stris organis, supernaturali magisterio
 primæ Chaos diuisioni simili, paruus
 mundus non generabitur? si Deus ta-
 men cuiquam annuerit, quo sine perfi-
 citur nihil et si rectè sit inchoatum. Hæc
 est unica uia qua peruenire licet ad me-
 dicinam uniuersalem & metaphysicā,
 indifferenter omnes morbos curātem,
 de qua desperāt moderni Physici. Nōn
 ne uidēt uniuersalibus includi particu-
 laria quæuis? Cū igitur medicina ta-
 lis

P R A E F A T I O.

lis ex incorruptibili cœlo, & elementis
 incorruptilibus, aut ad incorruptibi-
 litatem reductis fabrefacta sit, & ad un-
 uersū mundine dum similitudinem, sed
 resurrectionis etiā, cur nō ualebit con-
 tra corruptiones omnes microcosmi se
 referentis ad medicinā hanc? Si resurre-
 ctionis mysteriū intelligerēt isti Zoili,
 fortassis non dissentirent à ueritate me-
 taphysica. Verū quod eorum qui re-
 surrectionē ignorarunt ac negarunt se-
 cētentur somnia, huius etiā arcani capa-
 ces existere minimē ualēt, nec eo digni
 sunt. Quid ad nos? quanto magis ueri-
 tati resistere conabuntur, tanto nudius
 inscitiā suā ac ingenij ruditatē, uel suae
 mentis obscuritatē & cæcitatem dete-
 gent. Ad uerarū artium studiosos con-
 uertamus nos, rogemusq; Deū, ut alijs
 nebulas ab oculis auferat, & quæ reue-
 lata suis esse uult, uidere queant. Funda-
 mētis antea iactis, ac principijs positis
 in unico nostro Chaos, opere precium e-
 rit huius partium extractionē à compo-
 sitis naturalibus eos docere, qui credū
 opus metaphysicum hoc à Deo datum
 homini

P R A E F A T I O.

bus fuisse, qui bonæ uoluntatis existūt. Has partes nempe cœlum & elementa rerum omnium esse diximus. Certū est omnibus à natura productis hæc inesse naturaliter, uerū in aliquibus magis, in alijs minus: in nonnullis etiam extractu facilius quàm in alijs. Vnde philosophorum sentētia est, ut propinquiora, faciliatq̃ magis amplectanda sint. Similia sunt uinum optimum Tartarū, Mel recens, Flos anthos, Liliū rubrum, Chelidonia, Mercurialis, &c. De quib. per se, uel alijs medijs essentia quinta separari facillimè potest à suis crassiorib. elementis, & hæc in suas qualitates prædominātes repartiri possunt: manētibus in quouis elemento quibusuis elementis. Animaduertēdum est etiā, uinū dici philosophicum hoc loco posse liquorem omnem, de quo per artificium essentia quinta sua separari potest, ut in fra de tritico, pane, granis baccisue luniperinis, &c. fieri docebimus. Nec ignorare debes, in hac arte si practicus esse uoles, formā & materiā de qua Chaos metaphysicū existit, esse quintā essentiā,

aut

P R A E F A T I O.

aut cœlum (de quo loquuti sumus) rerum omnium & elemēta. Quapropter uide ne confundaris appellationum uarietatibus. Nō possum enim alijs uti uocabulis, quā illis quæ ad hanc artem sunt necessaria. Si quæ tamen obscuriora fuerint, aut ænigmatibus uelata per scriptores antiquos, alijs elucidare conabor facilioribus. Non uolo tamen ut existimes mea me docere te, uel à me somniata, sed ea quæ ex probatissimis huius artis authoritatibus deprehendere potui, clariori sensu describere tibi, ne desperes cū plurimis, qui uel ob scriptorum istorum intricatationem aut obscuritatem, à secunda lectura semper abstinent ac uituperant iniuste, cū sui crassitiem ingenij potiùs, & ignauiam carpere uel acuere deberent. Considera igit̃ ea quæ diuerso ab antiquis progressu tibi per me tradita, non sensu diuersa tamen existunt: et facile percipies ea quæ tibi priùs obscura uidebantur, si huius negocij uel tantillū intellectus habeas. Multa quidem in hac arte detexi, quæ non inuidiæ causa nobis obtegerant

P R A E F A T I O.

tegerant antiqui, sed ut ab indignis tur-
 ba forent & maliciosis hominibus: nec
 ego hac de causa quòd clarius loquar,
 istis uiam faciliorem esse cupio, sed ue-
 rè studiosis. Non est ergo quòd mireris
 cur alium in horum tractatione, quàm
 antiqui fecerint, scribendi modum ob-
 seruem. Hoc in tui gratiam factum pu-
 tes, melius ut intelligas. Quapropter ab
 hoc te studio non remorentur fallaciū
 artium discipuli, qui quam non uiderūt
 hactenus, nec ferre lucem ualent, nec
 alios uidere cupiunt. Exemplum hoc ti-
 bi sit inscitiae suae, quòd neminem eorū
 uideas, qui contra scriptores antiquos
 in hac arte calamum arripit, ut proba-
 bilibus rationibus & ex arte deductis
 redarguat, sed calumnijs & iniurijs ut
 afficiat eos: quas etiā dum probare ne-
 quit (quātumcūq; doctus existat) pro-
 bos uiros obscuris, & Simiistis (ut ita
 loquar) non chymistis, qui uelut simiae
 quoduis ementiuntur opus, comparat.
 Nō satis est dicere, Hic est nequam at-
 que deceptor: sed causam adferre cur ta-
 lis existat eum oportet, qui sic alios au-
 det

P R A E F A T I O.

det appellare: uel ipse talem se fore hoc ipso palàm facit. Diaboli siquidem est opinio, quosuis alios calumniatore appellare, quòd etiam tales fore cuperet omnes: sic & eius filij bonos persequuntur. Aliqui tamen chymistę, similes etiam chymistas redarguere uoluerunt, fortè quòd alijs uterentur uocabulis, quàm antiqui ueri chymistę posuerint, uel artem istam fabulosis poetarum figmentis allegoricè tribuerint (Quaidem Rhetorices figura, quæuis ad alium sensum & falsò contorquere facillimè licet) Verùm eorum scripta rectè si iudices, neutram alteram intelligere partem uidebis, uel utramq; scopum nondum attingisse. Vbi non inuidia regnat aut ambitio? Multi uel qui nō possunt artē hanc assequi, uel quòd alios in ea ingenio feliciore se uideant aut in artem ipsam, aut in eos qui scripserunt obscurius quàm ferat eorum intellectus, inuehuntur: eoq; sibi laudem comparasse putant, quòd alios carpserint. At non scribūt quis uerior scopus artis existat, nec dilucidius, aut clari-

ean

P R A E F A T I O.

eam exponunt. Quotquot sunt huius
 farinae homines unà cum suis mordaci-
 bus limis, uix flocci pendo. Si quid ad
 artē istam adferre boni potero, uel cla-
 rioribus uerbis eā tractare (seruata mo-
 destia tamen) faciam sedulò quod uirū
 alteri cuius proximum ex charitate de-
 cet. Vbi me fuerint aggressi, uidebo
 quid & qua ratione respondero. Non
 prius in alios libēter feror, quàm ab eis
 laceratus uerbis, factis, aut scriptis (ut
 antea falsò perperamq; malo patrantis
 & ignominia sua) fuerim. Hæc sunt igitur,
 quæ p̄is probisq; lectoribus expo-
 no legenda prius, & exactissimè de-
 mum cum antiquorum scriptis confe-
 renda, & ubi cōcordare uiderint, fidem
 adhibeant, aliàs non. Impossibile tamē
 fuerit eximio cuius ingenio lectura so-
 la rē ipsam addiscere. Quapropter ope-
 rando magister in arte hac fiat oportet
 eum, qui potiri cupit in ea suo deside-
 rio. Nulli rei scriptura melius compara-
 ri potest, quàm clauī: hæc nisi tradatur,
 ad occlusa non facilis patet aditus, nec
 nisi mittatur in seram. Non secus donec

P R A E F A T I O.

munus ad opus hoc applicueris, nō prius arcana, quæ Deus sub rerum natura conclusit, ut aliquando hominibus innotescerent, intelliges. Quæ tibi proponimus igitur, ut clauē accipias, quæ referare sincero studio feras physicas metaphysico magisterio discas. Interim quos tulimus qualescunque hosce laborantes, in tui gratiam cādide Lector contulimus. Boni consule & uale.

DE

DE SEPARATIO=

NE METAPHYSICA

per se facta. Cap. I.



ANTE A diximus in Præfatio-
ne cœlum esse quintū elemen-
tum, non quòd sint elementa
quinq; , sed quatuor tantum,
quorum purior substantia di-
uisa est à Deo supernaturaliter, in cœlumq;
ad unionem redacta, & impurior māsit in-
ferius in quatuor partes posita, quæ mun-
dum inferiorem & elementarē constituūt,
alteraq; pars æthereum. Non aliàs essentia
quinta nostra metaphysica trahitur super-
naturali magisterio ab impuriorib. elemen-
tis rerum per separationem, quæ talis non
est, ut existimarunt plurimi deuiantes à ue-
ritate, credentesq; falsò quatuor elemēta
separari posse, unum ut ab alio sit liberum.
Nam si hoc foret, machina mūdi facilè sol-
ueretur: at ne fiat, prouidit Altissimus om-
nium Conditor, uoluitq; sub unione par-
tes has quatuor ita conseruari, ut licet una
per qualitates ab alijs discerni queat, earū
tamen essentias in se retineat. Hanc unio-
nē apertius in cœlo nobis patefecit, in quo
nulla distinctio uidetur partium, at sub na-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

turæ superioris & inferioris uinculo conclusit unitatem: quæ sunt eadē & unica natura. Duplex est igitur separatio, scilicet elementorum una, ut purioris ab impurioribus, & qualitatuum elementalium altera, quæ posterior uulgaris existit, prior uerò metaphysica. Natura tamen operatur per solam commixtionem, & hæc duas operationes continet, utpote Alterationē & animationem. De singulis in sequentibus agemus latius. Nūc de separatione puri ab impuro loquamur. Hæc fit in corporibus quibusdam per se, ut in uino, & in alijs per uehiculum, ut in granis & seminibus. Quamuis in omnibus corporibus à natura productis essentia quinta lateat, in nullo tamē abundē ac in uino, et à nulla re alia tā facile separari potest. Quare philosophi prætulerūt istud ob facilitatē separationis eius, ne quòd melior aut præstantior foret essentia quanta de suo, quàm de quouis alio corpore tracta. Nā uniuersalis est omnibus, & equalis illa cœlestis uirtus, nec nisi ppter diuersitatē subiecti diuersa, neq; diutius quā in eo fuerit: libera uerò suā ad unitatem redit. Hoc enim est unū ex arcanis occultioribus naturæ, per quod ad altiora perueniunt philosophi. Separabis igitur à corpore quouis spiritū eius cū anima, put sequitur

D

LAPIS PHILOSOPHICVS.

*De separatione per uehiculum.**Cap. 11.*

A Lijs meis libellis, utpote chymisticis, docui rationē separandi cœlum ab elementis per se. Quamobrē eò lectorem esse relegādum iudicaui potius, quàm diuersis unum idemq; repetendum. Nunc uerò quòd à nonnullis corporib. nō facile sine uehiculo fieri nequeat, hanc uia etiam ostendemus exemplis, quibus melius quàm regulis addiscere queas: & præsertim quòd uini philosophici mentionem fecerimus.

Accipe grana tritici, hordei, uel siliginis, quæ macerata prius aqua pura ut intumescant, eximantur ab ea, soloq; sic accumulentur in aceruum, ut post aliquot noctes atque dies incalescant ac germinent. Quo percepto distendantur, ut exsiccari ualeāt. Aut si necessitas urgeat, in sporta lata uiminibus contexta, superq; fornacem inuersi camini similitudinem referentem, id est inferius angustā, latamq; superius extendantur, & fumo subtus excitato siccentur, donec semitosta non adusta colore subrufo tamen appareant. Animaduertendum est interea ne sporta succédatur igne, sed à flāma longè satis eleuata sit. Granum hoc mo

LAPIS PHILOSOPHICVS.

la nō admodum acrimacinetur, aut crasso
modorum patur, non in farinam sed in fru-
stula quædam. Postea reponatur in uas li-
gneum, & quæ longo tempore bulliuit af-
fundatur aqua feruētissima, cooperiaturq;
uas optimè. Postquam refrixerit & quieue-
rit, liquor per setacium uel saccum eijcia-
tur, ne commisceantur ei frustula. Vbi iam
separaueris aquam primam hanc, aliam af-
funde feruentem, ut prius, & cola. Sæpius
id ipsum repetas, donec uideris omnem à
grano substantiā in aquas transiisse: quod
gustu facile percipies liquoris & grani.
Tandem accipe liquores omnes, & in ca-
cabo feruere tam diu facias, donec in spis-
situdinē flauī despumatiq; mellis reducan-
tur. Inde mox in uas aliquod positū destil-
labis, & ab isto melle uinoq; philosophico
separabis animam cum suo spiritum, subli-
mabisq; toties donec ab omni phlegmate
liberentur. Quicquid residuum fuerit cor-
poris in fundo uasis destillatorij subsidens
eximes, & in umbra uel per euaporationē
humorū exsiccabis. Demū igne uolentissi-
mo reduces in cineres aridissimos, quib.
affundes aquam feruētem, & in ea bullire
diutissimè facies, ut inde capitellū (quod
aiunt) habeas asperrimū. Hoc supernatans
& clarū inclinatione separabis à cineribus,
& his

LAPIS PHILOSOPHICVS.

& his aquâ priori similē affundes, coques et repetes quæ iam dixi rā diu, donec asperitatis nihil in postremo sit capitello, quod abijcias. Alia præcedentia quæq; per manicā filtream trāsire facito in limpidissimū liquorē, & hūc euaporare finito uitreis organis, ut habeas tartarum nostrum, & sal naturale rerū omnium. Hoc super marmoreū lapidem in loco humido frigidoq; resolui poterit in aquam tartaream, &c.

De secunda Separatione. Cap. III.

Postquā essentiam quintam à uino philosophico uel uulgari cuiusuis coloris (modò merum ac uiolentissimū existat) habueris optimè rectificatum, prout in chymicis docui libellis, huiusmodi succū reducas ad summam simplicitatem continuis rotationis motib. ut ibidem habetur. Et finito rotæ circulo uidebis iterū ab impuro separatum purum, & natare superius aeris colore serenissimo. Hoc ab impuro separa per inclinationē, & serua. Cælum habetenus uideris nudū quod stellis inferioribus, nō aliās ac supernū est superiorib. adornatū, habere poteris. Mirabuntur ne iam Physici Græcos imitantes, quòd cælum & stellas manibus cōtractemus, aut ut cætera negabunt? Parui sanè refert quid faciant.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

De ornamento Cæli metaphysicæ.

Cap. IIII.

S Tellæ nobis inferiores existunt indi-
uidua quæuis à natura hoc in inferiori
mundo pducta, cōiunctione stellarū & cœli
superiorū cū inferiorib. elementis. Iā audio
uocē eorū in nos fremitatiū dicētem : Vah,
tollātur similes homines, qui cœlū terræ se
cōiungere posse præsūmūt. Clamitēt altius
ad raucedinē, audire maiora cogētur. Cœ-
lū est materia cœlestis et uniuersalis forma,
cōtinēs in se formas omnes distinctas, ab u-
nica forma tamē uniuersali pcedētes. Qua-
ppter quicūq; nouerit indiuidua, per me-
taphysicā artē in genus generalissimū redu-
ci posse, ac postmodum ei uirtutes specia-
les uel plures infigi, medicinā uniuersalem
facilē reperiet, quæ corruptiōes & morbos
particulariter uel uniuersaliter oēs tollere
poterit: cū unicū sit omniū corruptionū
exordiū, & uirtutū renouantiū uel animan-
tiū fons unicus: quis igitur nisi mente pri-
uus philosophus dubitare poterit. Verū
quòd hoc apertissimē descriptum sit à plu-
rimis philosophis, quānam fiat, non urge-
bo latius, ad ea potius trāsibo, quæ sunt ob-
scurius ab eisdem posita, ut elucidare que-
am,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

am, & studium istud promouere. Acta quidem ab alijs eodem tractare genio nil prodest lectoribus. Lege igitur quæ hac de re scripserint ipsi, & cum his confer, ut quod utile sit, hoc teneas.

De definitionibus & nonnullis diuisionibus uocabulorū, quib. in Opusculo describendo hoc utimur. Cap. V.

SVum à suo Chaos Metaphysicū opus maius exordiū sumit. Est igitur necessaria definitio huius & aliorum inter extrema duo mediorū omniū. Chaos hoc loco propriè dicitur formarum particulariū & materialū suarū cū uniuersali forma suaq; materia confusio. Quod uarijs cōsideratur modis: Primo pro confusione hominum intellectus nō intelligentium artē istā. Secundo pro confusione partiū extremū hoc primū cōstituentiū. Tertio pro confusione qua se habent confusē cū suis extremis, & successiue media quæq; unū ad alterū uidelicet potētia, necnon ad omnia, quouis in quibusuis & istis in quolibet existentib. Quarto ueluti natura medium est inter elementa & elementata: non aliās artifex in hac arte medium habetur inter Chaos, operationes, Medicinam perfectam & Perfectissimam. Ex istis quatuor intelligi facile

LAPIS PHILOSOPHICVS.

facile potest, medicinas dictas de sua potētia in actum deduci, mediantibus materia, forma, cœlo, & operationib. intermedijs. Motu nanq; per artificē excitato, Chaos transit ad secundū extremum, quod est medicina perfecta, & ista ad perfectissimā iuxta mediorum ordinem, atq; dispositionem ad alterutram. Vt rem acutiùs percipiatis, est Chaos nostrum uniuersale quid, omnia quæ nos operamur in se concludēs, à cuius uentre debet ingeniosus artifex elicere materiam suam, formam, cœlum, & elementa, ut ex his medicinas conficiat quæ dictæ sunt. Materia metaphysica dicitur, prima & uniuersalis materia, siue Mercurius ad uegetationem mouens, & particularem formæ materiam primam extrahens à forma. Tribus modis consideratur hoc loco: Primo quidem ut subiectum passium, quod sub artificis excitatione per media requisita motum patitur: ex quorum omniū operationib. oritur cœlum de sua materia. Secundo consideratur ut quoduis corpus ægrum, quod formam patitur medicinarum, ut res elemētares formā uegetabilem. Tertio, pro formæ uel formæ materia, ueluti materia prima subiecta cœli actionibus. nam aliàs formæ uim obtinet, ut postea latiùs. Hac etiam ratione
cœlum

LAPIS PHILOSOPHICVS.

cælum quòd subiectum sit formarum istarum actionibus, quibus in albam uel rubeam tincturâ efficitur, materiæ rationem habere dici potest, & formæ, quum dictas formam uel formam ad medicinam perfectam uel perfectissimam actione sua mouet, ut infra patebit ampliùs. Ex eo nostri Chaos cognitionē optimā habere potes, quòd una & eadē substātia, diuersis tamen rationib. ad aliā passiuè se habeat, & ad eādem actiuè, tum è diuerso. Paucissimi hactenus materiæ metaphysicę cognitionem habuerunt, ex qua cælum exurgit metaphysicum. Est enim habēda ratio simplicis & compositi ad simplicitatem redacti per alterationem, mixtionem, &c.

Forma rerum, est uirtus generatiua, qua sibi simile quodq; producere potest: ut hominis forma latet in homine, & nō in alio: arboris in arbore, nec nō in metallo metalli: cruda nō debet opus ingredi, sed per sublimationē euacuata, ad latera sublimatoriū uasis, ut ab inani superfluaq; sua terra sit libera. Dupliciter hoc in opere cōsideratur, ut causa dirigēs artis istius media per intellectum: quo quidem regimine, perfecta medicina perfectissimaq; prodeunt in lucem, & ad motum deducuntur mediorum intellectualium, quæ sunt ueluti quædam instru-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

instrumenta sensualia, quibus artificium ad perfectionem ducitur, &c. Similis forma dicitur operis huius artifex. Vnde pater media causatiua cum naturalibus maximam habere concordiam. Aliter consideramus formam, ut agens in materiam perfectionis formationem ad album uel ad rubeum: cuius uirtute quascumque alias formas extrinsecas minoris facultatis huiusmodi medicinæ transmutant in sibi similem, &c. Non possunt etiam ambæ quas diximus formæ per se magisterium adimplere, sed sunt ueluti masculus à quo sperma deiicitur in uentrem cœli nostri, &c.

Cœlum est Mercurius noster, cœlestis coloris, quo significatur eum esse de natura cœlesti, & hac de causa propter incorruptibilitatem intellectualis dicitur, & ea ratione qua cœlum ipsum intelligere dicimus, ut hominem qui sensibilis & intellectualis est. Habet enim proprietatem in se spiritus incorruptibilis, qui est uelut anima habens in se condiciones corporis: quoniam generat & producit ex se semen ut foemina. Hac uia differt ab alijs magisteriis hoc ingredientibus. Et quia sensu percipitur, Mercurius dicitur sensibilis. Hic ut causa mouens educit potentiam in formam uel forma prius existentem ad actum rubeum

LAPIS PHILOSOPHICVS.

beum uel album : easque non secus in u-
 tero suo gestat , quàm uxor infantem à
 uiro suo conceptum. Ex eo colligi po-
 test cœlum nostrum actionem habere in
 formam aut formam, & cœlum istarum ac
 rerum omnium in eis occultum, de po-
 tentia in actum educere manifestum. Nam
 in eo uirtus cum generandi tum nutrien-
 di consistit, prout in menstruali sanguine
 masculini seminis : hac de causa menstru-
 um in hac arte uocatur, & cœlum ratione
 motus. Non aliàs enim quàm cœlum
 supernum uniuersalem formam, & mate-
 riam primam, necnon elementa speciesq;
 ad composita elemētata, & indiuidua: no-
 strum cœlum etiam formas nostras ad ele-
 menta quatuor mouet, & inde ad medici-
 nam perfectam & plus quàm perfectam.
 Aliquoties uocatur sanguis, quia nutritiuū
 est, & uegetare crescereq; facit dictas for-
 mas donec ad suam perfectionem ueniāt,
 ueluti sanguis menstrualis embryonem, è
 modico semine magnam in quātitatē, ser-
 uata partiū discretionē, per nutritiones &
 alteratiōes mediij cuiusuis in aliud, quanti-
 tatis & formæ quarūlibet in aliā: existētib.
 huiusmodi medijs & qualitatib. in quauis
 alteratione in formas à primis diuersas,
 donec

LAPIS PHILOSOPHICVS.

donec ens aliquod oriatur in continua
quantitate conflatum ex uarijs & discretis
in corpus anima spirituq; uiuum. Non
aliàs de metaphysico lapide contingit
qui generatur ex cœlo proprietatē habentē
te uegetabilem, cuius etiam similitudi-
nem in medicinam perfectam & plus trās-
fundit, uti uegetatiua matrix in filiū quem
concipit ac parit, istam proprietatem fœtus
etiam retinet ut parens. Itidem & medi-
cina perfecta plusq; retinet proprietatem
suorum parētum, cœli uidelicet ac elemen-
torum, qua similitudinem suæ perfectio-
nis ut incorruptibilitatis ac temperantiæ
transfundit in substantias externas, & in
suam speciem transmutat: & hac de causa
Mercurius uegetabilis dicitur, natus ex
duab. substantijs, uti ex muliere masculi se-
men concipiente, formamq; alteram ac uir-
tutem aliam quàm ante conceptionis ini-
tium habebat. Elemēta reputantur in hac
arte quatuor colores apparentes, & qua-
tuor modis aliàs considerantur: Primo, si-
cut ex cœlo de materia tracta sunt. Secun-
do, prout elementa simplicia cœli, de cras-
sioribus rotationis circulo separata sunt e-
lementis. Tertio modo sunt in formis exi-
stentia naturaliter, & cum cœlo iunguntur.
Quarto uerò, prout separantur à forma,
cœloq;

LAPIS PHILOSOPHICVS.

cœloq; alteratione, mixtione, dissolutione, generationeq; medijs, per magisteriũ separationis qualitarum eorum, & ex dictis partibus aerea tantũ assumitur, & exuberatur per artificium rotationis, & ita cum formis in cœlum commiscetur. Notandũ est etiam elementa posse de formis educi per cœlum ante coniunctionem, ut eorum materia prima cœlumue magis ad genus generalissimum accedens habeatur, &c.

Dissolutio dicitur cognitio seu coitus masculi cum fœmina metaphysicus, & istius ab illo concipientis id ipsum quod concipere debet. Hoc generationis particularis initium esto, quo coniugij nostri metaphysici sensualiter percipitur effectus, & unio duplicis in embryonem feminis.

Alteratio est unius in alterum per similitudinem conuersio: quæ dupliciter consideratur, iuxta duplicem operationem, in quantum per se fiat. Priore modo consideratur, prout formæ in cœlum, & istud in formas alterantur. Posteriore, ut intelligatur formas & cœlum ita simpliciter conuersa, ut in tertium numerum iterato conuertereant, scilicet in medicinam perfectam & plus.

Istæ conuersiones uel alterationes dicuntur simplices. Aliæ sunt quæ fiunt per acci-

015364

LAPIS PHILOSOPHICVS

dens, uti quum ex imperfectis proiectione medicina perfecta sunt alteratione trāsmutationeue. Mixtio fit ex duobus coloribus, utpote pallido & azurino, ut ex eis cognoscatur, formas & cœlum in opere maiore commisceri sine quouis alio, prout ab initio generatiōis hominis, aliud nihil admiscetur uiro & fœminæ uel seminibus eorum: & hoc loco fit coniugium inter formas & cœlum. Fit etiam alia mixtio, quæ quidem aer & ignis cuiuslibet istorum ut formæ cœli, alterationis, mixtionis, dissolutionis, generationis, & cœli materiæ commiscantur cum formis, &c.

Digestio dicitur concepti seminis à semine fomentum, quo medio quidem oritur medicina perfecta, & plusquam perfecta. Necessarium enim est, ut in cœlo formæ tã diu digerantur, donec ad eam quam supra diximus, uentum sit medicinam priorem: & postmodum, ubi uisum fuerit artifici, persequi poterit, usq; ad alteram perfectiorem. Hinc, optime lector, colligere poteris, duplicem fore digestionem, unam uidelicet qua de formis & cœlo fit ad medicinā transitus perfectam: alteram qua transeundum est ab hac & cœlo ad perfectiorem. Hac ratione, sunt alia media necessaria prioribus haud absimilia, mixtio scilicet, alteratio, dissolutio,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

solutio, generatio, & operatio: nisi quòd
 ex priorib. imperfectius qd oriatur, quàm
 ex posterioribus. Et mox atq; per digestio-
 nem croceus color apparuerit, formas de-
 notat: azurinus uerò cœlum nostrū, & qui
 mediū fuerint inter hos, coniunctionis me-
 dium cœli cum formis, illud ad perfectam
 connectens medicinam, uel istam ad per-
 fectissimam. Generatio hoc loco diuersi-
 modè consideratur. (Verum ut eius defini-
 tio ponatur, occultarum formarum est ma-
 nifestatio) primò prout est gradus perfectā
 generans medicinam ex cœlo formisq;: se-
 cundò prout perfectissimam generat medi-
 cinam ex perfecta cœloq;. Alio modo quū
 incipit à dissolutione per alterationem &
 digestionem ad medicinam transire perfe-
 ctam, & in ea terminum facit, finemq; per-
 fectionis attingit minoris: aut ubi hinc trā-
 siens maioris perfectionis ultimum gradū
 acquirit. Hac ratione posteriore percipi fa-
 cilè poterit maioris perfectionis magiste-
 rium, natura potius quàm artificio promo-
 tum, ab isto nihilominus excitatum in per-
 fectione minore, ubi magis quàm illa pro-
 fuit hoc. In posteriore magisterio siquidem
 non aliàs, quàm fœtus in matrice uel auis
 in ouo generatio fit. Quapropter & ouum
 philosophorum appellatur suo modo. Nō

LAPIS PHILOSOPHICVS.

melius intelligi potest hoc artificiū, quā
eo quod ex mixtione resultat materię cum
formis ad preciosos lapides, ut rubinos, sa-
phiros, & uniones, qui sunt in utero cœli
nostri philosophici mediāte generatione,
cum eisdem uirtutibus quas à natura nati
sunt naturales. Inde sequitur cœlum hoc at-
trahere posse uirtutes omnes in lapidibus
existentes, uirtute quidem unitatis uel suę
simplicitatis (aut ut melius dicam) magne-
ticę uirtutis. Hac uia potest artifex egre-
gius à naturalibus corporibus uirtutes eli-
cere cœlestes, & artificialibus uirtutibus
includere, medijs artis operationibus hu-
ius. Nam quicquid impositum cœlo fuerit
huic, soluitur, et si conuenientia solutę rei
fuerint addita, fiet id quod optatum est: e-
tiam ex pluribus unum. Ex hoc opere plu-
ra colligi possunt, quę ad opus & artifici-
um preciosorum lapidum attinent, mix-
tione materię, & formę cum cœlo per a-
quas, &c.

Colores sunt in hoc artificio mutatio-
nes apparentes, & primus eorum niger est.
Hic nobis indicat formas cum cœlo concu-
buisse, necnon hoc embryonē in utero suo
concepisse. Demonstratur etiam eo colore
dissolutionem suę perfectionis terminum
attingere. Tandem eo diminuto, alboque
post

LAPIS PHILOSOPHICVS.

post apparente, naturam cum cælo formisque; transitus initium facere nobis indicatur ad perfectionem, sed minorem: & demum cum ista & cælo formaque; ad maiorem, in cuius fine transitus terminum completum habet ipsa digestio. At ubi color iste per ignis maiorem excitationem coeperit minui, & ori croceus, cognoscimus partes & membra simul coniungi numero tertio, necnon in continuam aggregari quantitatem, sic ut sensualiter membrorum infantis nostri cōtignatio colligatioque; nobis appareat: nam sperma diffusum est, per totam substantiam nostri cæli philosophici. Orto mox isto colore, post colligi uidetur in forma rotunda, formæ Lunæ haud absimili, uel circulari concludi linea. Euanescente colore hoc, rubeus oritur, quo nostri lapidis membra partesue congregari nos reddimur certiores in tertio numero perfectioneque.

Nam post coloris istius ortum, certum est infantem nostrum corpore potentiaque; uegetabili completum esse. A quo tempore numerum scire dierum artificem oportet, intra quos lapis noster ab initio cōceptionis, ad terminum usque; rubei coloris apparitionis primò deductus est, & intermissione siue duplex ei tēpus adhibere, sed paulò uiuacius. Quo completo quod quæsitum est

LAPIS PHILOSOPHICVS.

est acuritur, utpote lapis durus multis inuolutus superfluitatibus, non secus ac mulieris post partū fœtus apparet. Media, cruceum inter & rubeum colores, digestio, generatio, mixtioque sunt, aqua materia forma & cœlo percepta: quorum quidem cōmixtione, sub eorum finem apparent mediōrum aqua materia forma, sine forma cœloque. Nam si forma & cœlum adhuc ibidem forent, pates aliquæ minimè cum alijs colligari uellent, nec in tertio coniungi numero.

Separatio uirtutū est extractio, quæ motu fit ignis hoc in particulari magisterio, quo calore per accidens forma, cœlum, & elementa mouentur, & excitantur alteratione, mixtione, dissolutione, generatione, coloribus, digestionē, separationē, & operatione ad minorem uel maiorem perfectionem. Quia gradus & media separādo se ab alijs ingrediuntur alia, per istamq; separationis operationē attrahitur formalis materialis quoq; uirtus à formis, & cœlo ad minorem perfectionem, & ab hac ad maiorem. Et hac uia formæ cœlumq;, uel minus perfectum suas mutant simplices formas, in maiorem uel minorem perfectionē: ipso minus perfecto existente de altera forma, quàm formæ & cœlum per se, maiore quoque perfecto

LAPIS PHILOSOPHICVS.

perfecto existente sub alia forma, quàm e-
rant minus perfectum, forma, cœlum, aut
formæ cœlum q; per se. Quæ quidem perfe-
ctiones, suas uirtutes proprias existētes sub
forma tertia, retinent in transformante ue-
neno. Si talis origo per separationem di-
ctam non fieret, nec alteratio neq; genera-
tio processioq; minus, at opus naturæ de-
strueretur in lapide philosophico.

Medium istud est elementorum simpli-
cium indicium, existētium actu in cœlo no-
stro, cum naturalibus elementis in formis
existentibus, & quod Ignis, aer, aqua & ter-
ra oriūtur & separantur etiā à cœlo in mix-
tionem cum alijs quæ dicta sunt. Et hæc om-
nia per colores designantur.

Potētia hic idem est, quod alteratio, per
quem gradum intelligitur, omnes alios gra-
dus & media quæuis inesse potentia no-
stro Chaos, primò: secūdò uerò elementis
potentia existentibus in materia nostra. Est
igitur ista potentia nihil aliud quàm actus
nostri cœli, de quo latius egimus in opere
lapidifico. Plures norunt cōficere lapides,
uirtutes autem naturales eis adhibere nō,
quia cœlum nostrum ignorant, in quo, de
quo, per quod, & cum quo lapidum com-
plementum, & perfectionis augmentum
eorum consistit.

015364

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Operatio dicitur in hoc opere cœlorum quatuor excitatio, quibus operationū designatur varios fore modos. Primus color denotat cœlum in formas actionem suam & operationem habere, uel in minus perfectum & formam. Secundus, externum ignem actionem in cœlū, formas & elementa cætera mediāq; naturalia & actualia habere, per motum ad minorem perfectionem atq; maiorem. Tertius, formas, uel minus perfectum actionem in cœlum possidere suam, hoc ipsum informando ut ad minorem & maiorem perfectionem deueniat. Quartus color significat operationum actiones, quas habet artifex in omnia quæ supradicta sunt, ignis per administrationē ut causam: in separatione cœli & operatione formarum, &c. Significat etiam actiones perfectorum tam minoris quam maioris in substantias extrinsecas per projectionem, iuxta suas facultates ad rubeum uel ad album, quibus informata fuerint. Medium hoc fabricationis ritum atq; modū igne fieri, mixtioneq; materiæ cum formis & cœlo philosophico, cumq; suis arti convenientibus instrumentis denotat. Minus perfectum lapis dicitur albus, terminatus coloribus tribus tantum, ut oculo patet: ex eis enim compositum est. Isti colores in

in

LAPIS PHILOSOPHICVS.

in unum acti denotant operis completi perfectione, cœli uidelicet, elementorum, alterationis, mixtionis, dissolutionis, generationis, coloris, digestionis, separationis, operationis, & ignis. Hoc medio cognosci potest, substantiam ex cœlo formaq; progressam operationum gradualium potentia. Quicunq; ad scopum hūc peruenerit, sapientes omnes mundi sapientia doctrinaq; uera superabit, ac medicos omnes artis huius ignaros medicæ. Nam infirmitates nedum & lepram tollet metallorum, sed humanorum etiam corporum incurabiles (quos uocant) morbos.

Fermentatio propriè hoc loco dicitur minoris perfectionis multiplicatio, ac ad maiorem adductio, mixtione, dissolutione, alteratione, generatione, colorib. & digestionem medijs: componendo cœlum formam, & minus perfectum in mixtionem, ignisq; regimen administrando tam diu donec per supradictos gradus omnes transeat, & generationem, atq; colores in maiorem perfectionem, quantitate, qualitate uirtuteq; longè potentiorum ad rubeum & album, ac ad corporis humani sanitatem recuperandam. Ex istis facile colligitur minus perfectum in maius transire, prædictis medijs & operationum actionib.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

formarum, cœli, elementorum, fermentatione, separatione, operatione & igne per debitam administrationem. Etiam artificem (ubi uoluerit) semel tantum componere debere minus perfectum, quoniam in infinitum potest multiplicari, nec non ad maius adduci, postmodum ex isto in aliud, in infinitum, sicut humanum genus speciem suam continuat, uno generante semper alium, donec seculum erit. Non ab simile de pasta farinæ dici potest: hæc enim aliâ successiuis producit fermentationibus. Hoc loco notandū tamen erit, minus perfectum in maius & in infinitū progredi posse, mediante forma cœloq; tanquam fermentis, quod paucissimis etiā artificibus egregijs hætenus cognitum fuit.

Maius perfectū est ultima lapidis perfectio maioris, qui coloribus quatuor constat & componitur: quorum duo denotant elementa quatuor in eo fore cum uirtutis omni perfectione, ac numeri in unitatē conclusionē: ut in coloribus uiridi rubeoque patet expresse.

Colores alij uerò significant cœlum, & formam ibidem existere, cum omni perfectione, & unitatis simplicitate per magisterium elementorum quatuor, & mediorum supradictorum, &c.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Ex postremo gradu hoc potest percipi, maius perfectum habere potestatem suam speciem dupliciter multiplicandi, generandiq; sui sibiq; simile, uidelicet in uirtute prædictis operationibus, & in substantiarum externarum transmutatione. Minore quidem longè perfectius est uirtutibus operationibusq;, tam in metallorum transformatione, quàm desperatarum apud omnes infirmitatū penè medicos cura, quæ propter maius perfectū nō immerito uocatur.

Graduum & mediorum omnium quædam sunt intellectualia, ut Chaos, potētia, operatio, generatio, digestio. Sensualia quædam, ut uinū & prima materia, corpus, forma, elemēta, minus maiusq; perfectū, colores, fermentatio, separatio, quia sensib. ut oculis percipiuntur. Alia uerò sunt sensualia partim, & intellectualia, sicut cœlū & omnia media gradusq; minoris operis. Et præterea quoduis prædictorum graduum, mediorūque suam retinet proprietatem, sub ratione sua differenti: quarū quidem proprietatū aliæ sunt naturæ, perfectionis artis aliæ. Media proprietatem retinentia naturæ, sunt uinum, & media quæuis minoris operis, quæ se habent ueluti forma uniuersalis, & materia prima, ratione proprietatis antedictæ retentæ.

Ex

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Ex duobus istis oriuntur omnia media gradusq; , mediante quidem artifice, non alià quàm ab uniuersali forma & à materia prima oriuntur elementa composita, mediante natura.

Postquàm de gradibus & medijs maioribus dictum est, opere precium erit etià de minoribus aliquid in lucem adferre, suasq; definitiones ex opere minore producere: ne practicam legentibus deficere quidam eius intelligentiam uideatur. Est igitur hoc loco forma id ipsum quod in opere maiore fore diximus. Verùm eius est hic differēs usus, eo quòd in formationem preparatur, non ad minus uel maius perfectum, & à lapidis forma differt, quia suam cōditionem à forma, cœlo, elementis, alteratione, mixture, dissolutione, generatione, coloribus, digestionem, fermentationem, separationem, & operationem recipit.

Materia hoc in opere diuersimodè consideratur: Primò uniuersaliter accipitur: secundò pro clauē philosophorū: tertio pro oleo: quartò pro sulphure per informantiū oleum informando, scilicet in ceratione, ratione cuius lapis hic oritur.

Corpus accipitur hic pro corporib. metallorum imperfectorum, de quibus naturæ sulphur oritur hoc operante clauē philosopho-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

lophica, perq; formam olei formantium disponitur operationibus medijs, ut solutione, & inceratione, donec fiat lapis qui quæritur. Clavis philosophica hoc loco nō aliās quàm cœlum ipsum in opere maiore consideratur, & per hanc fieri debet calcinatio, dissolutio, euacuatio, multiplicatio, spiritus, argentum uiuum exuberatum, sulphurnaturæ, tinctura, oleum, & inceratio, mediante sublimatione & igne, donec sulphur dictum ad effectum lapidis adducatur.

Calcinatio diuersis cōsideratur modis. Primo, quum fit per Mercurium vulgi, sub quo Sol & Luna patiuntur. Secūdo, quum fit per acetum fortissimum, quo crocus elicitur à Marte. Tertio, quum sulphure auripigmentoq; medijs fit exustum ex Venere. Quarto uerò, cū fit clauē philosophorū, & hoc modo præparantur omnia corpora metallorum ad solutionem, euacuationē, & alias operationes antea dictas ingrediendum.

Dissolutio manifestę formę prioris dictorum corporum est occultatio, non per se, uerū clauē dicta mediante, quæ corporibus est ualde congrua: sicuti uidemus aquam igne corrumpi medio quidem aeris, quo sine in uapores non eleuatur. Differt à disso-

0015364

LAPIS PHILOSOPHICVS.

dissolutione maiore, quòd hac formæ tantum & minus perfectum resoluantur, at illa metallorum corpora quæ uiu.

Euacuatio nihil aliud est, quàm spirituum occultorum à suis corporibus extractio, ut formarum altera formetur oleorum informantium, & hac uia post fermentationem & incerationem transeant in lapidem. Quod quidem hac operatione trahitur à prædictis corporibus, est materia de qua lapis noster à potentia in actum deduci debet, medijs quæ dicta sunt operationibusq;.

Multiplicatio non est aliud hîc quàm euacuationum reiteratio continuatioque. Per istam operationem corpora sex ad nauseam prouocantur, & ad euacuandum lapidem à suis uisceribus.

Spiritus est argentum uiuum, à sex corporibus tractum, & in euacuationum aquis existens.

Argentum uiuum exuberatum, est spiritus corporum iam per euacuationem completam separatus.

Sulphur naturæ spiritus est corporum per sublimationem exaltatus in sal excellentissimum quatuor colorum, pallidi scilicet, uiridis, nigri rubeique: & hic potestremus ignem denotat, ac per ipsum fieri

cri

LAPIS PHILOSOPHICVS.

erit transitum ad naturæ sulphur, quod oritur ex argento uiuo exuberato, & istud indicat à spiritu suam originem ducere, necnon hunc à multiplicatione quæ ex euacuatione procedit: & istam à dissolutione, hanc autem à calcinatione, quæ quidem à corporibus omnibus. Est autem sulphur hoc filius genitus ab imperfectis, ac ad induendum albas uel purpureas uel dispositus. Differt ab isto filius qui generatur à perfectis per oleum in quo formæ continentur filiorum imperfectorum, & quod eorum sulphur sit naturæ, necnon aliorum, quorum sulphura sunt arida humiditatisq; susceptiua.

Tincturæ sunt colores in opere diuersis modis apparentes. Primo uiridis & croceus. Secundo rubeus & croceus, uiridis & niger.

Primi colores denotant ipsam tincturam, qua sulphur naturæ tingi debet, originem à Sole & Luna ducere, per operationum artificium, quæ superius dictæ sunt. Alij uerò significant quorūlibet imperfectorum sulphur corporum, istos induere debere colores, ut ex eis fiat lapis habens & possidens parentum suorum potestatem, à quibus originem habuit.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

habuit. Si coniuncta non fuerint sulphura bina simul tamquam fratres: qui dictis induantur coloribus, non fiet id quod quaeritur: poterint nihilominus tria simul, & plura coniungi sulphura.

Oleum est forma duplicem colorem habens, utpote uiridem & croceum, quib. indicatur eam à perfectis produci corporibus medijs opportunis.

Inceratio, fermentatio uel potius informatio uerè dicitur prolis imperfectorum ad conditionem lapidis accipiendam.

Sublimatio dicitur subtiliatio, quæ dupliciter fit, in puluerem scilicet subtilissimū, & in liquorem. Hac posteriore uia corporum spiritus media multiplicatione conuertuntur in argentum uiuum exuberatum: priore uerò conuertuntur in sulphur naturæ. Aliaratione consideratur etiā sublimatio, pro ut materia quæ sit propinqua magis perfectioni, ut argētum uiuum exuberatum magis quàm spiritus, & quàm isto naturæ sulphur lapidi proximius existit.

Lapis est finis & imperfectorum omnium perfectio corporum, & operationum, in quo ut in igne quiescunt, ac salamādre. Est hic tertium quid ex materia consistens & forma, supra naturam & mediante natura, tum artificis industria conflatum.

Elemen

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Elementa considerantur dupliciter hoc loco: priore, prout ignis agens exterius: posterioriore, sicut agens intrinsecus: ut ille qui tractus est à perfectis in oleum, &c.

De alijs differentijs dictionum antea definitarum, diuisionibusq; scitu necessarijs. Cap. VI.

Natura corrumpēs aliquod indiuiduū, primò putrefacit hoc: postea separat elementa composita, quę sunt in eo magis propinqua: postmodum istorum quodlibet ad summam simplicitatem adducit, & demum ad primam sui materiam: quo peracto, corruptionis rotā completa est, ac à materia prima generationis rota sumit exordium, ad elementa simplicia transiens. Postremò per istorum commixtionē oriuntur elementa composita, ex quibus fit subiectum elementatum iuxta propriā speciem & formam, sub qua trahuntur elementa ad indiuidui compositionem: & hūc debet artifex metaphysicus obseruare processum, ut ubi natura finierit, ipse per corruptionis rotationem incipiat gressu retrogrado, scilicet à fine per medium tendens ad principiū corruptionis rotę, medijs adhibitis.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

hibitis, quæ sunt calcinatio, dissolutio, putrefactio, diuisio, purificatio, &c. Deinceps ad rotam generationis ueniendum est, cuius media sunt, mixtio, inceratio, decoctio, &c. quæ optimè disposita, sunt instrumenta lapidis: quibus etiam omnibus ritè peractis, habebit quod optabat artifex.

Forma huius operis triplici statu consideratur. Primo, prout est prima causa. Secundo, prout artifex. Tertio, pro mediorum quolibet alio.

Materia consideratur etiam tot modis. Primo, pro subiecto, de quo Mercurius noster elicitur. Secundo, pro elementis. Tertio, pro sulphure naturæ.

Cælum etiam triplicem hic habet considerationem. Primam, ut cælum maius. Secundam, ut Mercurius uegetabilis. Tertiam, ut metallorum anima.

Dupliciter elementa considerantur hoc loco. Primò simpliciter. Secundò compositiue.

Potentia uel alteratio tot modis differt, quot sunt media diuersa. Mixtio significationem habet quadruplicem. Primam, cæli cum forma. Secundam, aeris cum aqua. Tertiam, aquæ cum igne. Quartam, aeris cum aqua & cælo. Dissolutio solâ unâ habet considerationem, quæ est inter cælum & formas.

Gene.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Generatio duplicem habet significatio-
nem. Primam, qua generantur elemēta. Se-
cundam, prout ex istis & cœlo generatur la-
pis. Colores etiam duplicem habent, prio-
rē in euacuatione corporū, & elemētorum
rectificatione: posteriorem, in lapidis gene-
ratione. Minus perfectum unam solam ha-
bet, ut patet ex sensu. Fermentatio tripli-
cē, primā ex uirtute, secundā ex quantita-
te, tertiam ex utraq; simul. Separatio tripli-
cem etiā habet operationem: primam qui-
dam inter elementorum qualitates, secun-
dam, purificationis & fixationis eorū est:
& tertiam, Mercurij uegetabilis & fecum.

Operatio tot significatiōes habet, quot
artis huius existunt media. Maius perfe-
ctum unicam, ut minus habet, sensuq; pa-
rentē. Principia mediaq; Philosophiæ sunt
in artis huius principijs ac medijs omnib;
ut motus orbis qui tanquam forma consi-
derandus est, naturales instinctus & appe-
titus omnes continens.

Subtilissimum ac potissimum in opere
mediū est reiteratio rotæ corruptionis me-
tallorum, quæ fit ut sequitur.

Formis in cœlū positis, inhumatis, disso-
lutis, & per breuis artis practicā euacuatis;
donec ad sulphur naturæ uentum sit, in me-
tallis tunc rota finitur corruptionis.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Reiteratio fit, quum terra sublimata ponitur in cœlum, & in eo putrefactione diuisioneq; soluitur. Posteaquam aer, ignis & aqua fuerint euacuata, redigat iterum artifex terram ad sui purissimam sublimationem, qua finita, sequatur generationis rota suis cum principijs medijsque, donec ad finē perducatur: & hæc est operatio subtilior alijs, licet longior, tamen perfectior. Hac uia minus perfectū, quod lapis est non fermentatus, in magis & fermentatum lapidem conuertitur, per elementorum separationem & cōpositionem, quæ tales existūt. Natura nullo modo permittit elementa separari per se: nam ita maneret quodlibet solum unicam habens qualitatem, & nullū haberet ad generationē appetitū, quod est contra naturam. Separatio quidem elementorū est unius in & super aliud prædominatio uictoriaq; mixto non diuiso modo quopiam. Color enim ignis est rubeus, & quod prius quàm ad spherā eius uētum sit, per spheram aeris transitur, ante rubedinem apparet citrinus color & clarus ac diaphanus: nam constat ex ignis cum aere per mixtione. Priusquam etiam ad spheram aeris perueniatur, oportet per spheram aquæ necessariò facere transitum: hac ratione color albus & aqueus apparet splendidus.

Verūm

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Verum quia terra centrum est ac principium à quo fieri debet ascensus, dum lapis adhuc in eius sphaera fuerit, niger in eo color & qui terræ proprius est apparet. Nota igitur separationem & coniunctionem istorum in unum, scilicet ignē. Item si priusquam niger, color apparuerit rubeus uel albus, aut eorū alius quā supra dictū est, destructam esse lapidis operationē, ob mediorum cōiunctionis destructionē credito. Notanda uenit etiam differētia, quæ inter Elixir & lapidem esse dicitur per crudum & coctū. Est enim Elixir medicina cōposita ex aere, aqua & terra, ergo solū ad albū. Corpus in aquā solutū, si rubeū fuerit, colore excellētissimi refert carbūculi, quū in cōpositū ex anima ignis & aeris fuerit cōuersum, & in terræ cōpositū & ignis. At si fuerit albū, uiridē colore nigredine permixtū exeret. Varij sunt etiā errores artificum notandi. Primus & potissimus in eo consistit, quòd naturam imitari minimè norunt. Secundus quòd finem lapidis, eius initiū existiment, finiuisseque se putent, quum uix incæperint, ut in opinione falsa trianguli rubei. Nam compositio lapidis maioris, durat annos duos, illis qui nunquam antea composuerunt: uerū expertis per annum continuum cum tribus mensibus. Nonnul

LAPIS PHILOSOPHICVS.

li rami sunt artis in amplitudine, qui mensuris quatuor aut sex absoluuntur, hos si reperire poterit artifex, bene quidem, si minus ingenij sui capacitatis exiguitatem deploret, cum aperte satis in hoc opusculo describantur. Iam ad minores differentias veniendum esse uideo.

Forma duplex est, utpote simplex & composita. Simplex est unitas absoluta, suæque rei singularitas, in seipsa consistens, & non cum alio. Composita suarum est camerarum quatuor primordialium unio.

Materia quatuor sunt elementa: simpliciter, ut significatur per formam priorē: aut compositē, prout posteriore denotatur. Menstruum uegetabile quod cœlū aut clavis philosophica nominatur, alterū est resolutiuū, resolutibile quod alterū. Resolutiuū cœleste quoddā, alterū uerò nō, sed magis corporeū. Cœleste est essentia quinta uini uel tartari, de cuius natura suum resolubile deducitur ad actū. Aliās uerò sic definitur, Menstruum est ardens aqua perfectè rectificata, cuius uirtute corpora quæuis dissoluuntur, putrefiunt ac purificantur, elementa separantur eorū, & exaltatur in sal mirabile terræque uirtute quā habet plurimū attractiua. Quicunque aliā aquam existimāt, ignari sunt ac insipidi. Resolubile menstruum, uapor est potentialis

LAPIS PHILOSOPHICVS.

existēs in quocūq; corpore metallico, sulphur & argētum uiuum coniungens, quo sine minimē deducitur ad actum.

Vltimò sic definitur: Menstruum est medium cōiungens imperfecta perfectaq; metalla in lapidem. Menstruum hoc resolutionum est calidum usq; ad secundum punctum quarti gradus: quapropter eius uirtutem oportet augmentari calidis uegetabilibus usq; ad ultimum punctum gradus illius: ut sunt apium syluestre, napellus, oleander, anacardus, piper nigrū, piretrum, euforbium, &c. sine quibus non nisi longo tempore soluit.

De generali practica lapidis philosophici, per corruptionis & generationis rotas, &c.

Cap. VII.

Formarum super alterutrā cœli projice tantum, ut digitis quatuor supereminet. Hoc ipsum in fimum repone per dies sex naturales, ac donec forma conuertatur in aquā. Postmodū excipe uas & euaporare permittas aquā in cinerib. id est congela quod solutum fuerat. Inde mox ad hanc terram affunde cœli rursus tantum ut prius, & in fimum iterum ponas per mensem cū dimidio, uel diutius ad putrefaciēdum,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Vas demum extrahas & ponas in furnum secretum, in quo destillare permittas aqua, donec non stillet amplius. Deinceps in cineres ponas ad destillandum, & exhibita qua priore spissior, quam uocamus aerem. Hoc peracto fecibus affunde cœli par ut antea pondus, & in fimo tanto temporis spacio stet ut prius: inde per cineres aerem excipe donec stillare nolit amplius. Postea fiat iteratio cœli fusiois super terram, & æquali tempore postquam steterit in fimo destilletur per cineres iterum, donec aeris nihil amplius exeat. Demum aeris huius quantitatem omnem fecibus affunde manentibus in cucurbita, uel antea super marmoreum lapidem optimè tritis, & in uase clauso per quadraginta dies in fimo fiat putrefactio. Tandem extracto uase accinerib. imposito, destilletur aer & ignis ambo simul: caue tamen à rubificatione fecum igne uehementi nimis accelerata. Deinde separabis aerem ab igne destillatione per fimum, qua hoc in fundo manebit, ac ascendet ille. Verùm si calor hic non sufficiat, cinerũ supplebit aeris ab igne separationis opus igne lento: seruetur ignis & seorsum reponatur. Aerem postea refundes ad suam terram, & in fimum repones ad digerendum dies quindecim: & extracto

uase

LAPIS PHILOSOPHICVS S.

vase destillabis aerem, & ignem simul per
 cineres, & per fimum aut balneum unum
 ab altero separabis, quouis cum suo simili
 posito semper. Istas affusiones, inhumatio-
 nes destillationesq; toties repetes, donec
 à terra nullus ignis exire uelit amplius, ter-
 raque nigra sit aut subruffa. Tum demum
 aerem in fimum ad digerendum pone per octo
 dies, & per eum calorem postea destilla quā-
 tum ascendere poterit, hoc ipsum ad suas
 affunde feces, ac ad inhumationem in fimum
 per septimanam recondas, & postea fimo
 destilles, iterum quod stillatum est fecibus
 reddes ad septimam usq; destillationem, cum
 suis inhumationibus, & postea destilla per
 fimum: quod destillatum est redde fecibus,
 id etiam facias usq; ad septimam destillatio-
 nem, affusiones, inhumationes & destillatio-
 nes reiterando per suos dies, uti dictum est.
 Haftenus formatus est triangulus ex aere,
 coelo, fimo, in cuius medio est anima aeris.
 Prædictis etiam operationibus in fimo,
 conuertere poteris ignem in animam ignis,
 aliumq; triangulum ex coelo, fimo & igne
 formare. Quibus omnib. peractis elemen-
 talis rota finita est fixatione & eorum exube-
 ratione, scilicet aeris & ignis per corrupti-
 onem, &c.

Tandem accipe terram & euacuabis eam,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

donec deserta sit ac in sulphur naturæ conuerfa, formeturq; triangulus ex terra, fimo & cineribus, in cuius medio stabit anima terræ. Non prius corruptionis rota finitur, cuius instrumēta sunt cœlū, finus, furnus secretus, & cinerum calor, &c. Iam aggradiendum est generationis rotam ut sequitur. Ad compositum ex igne & aere sume ad Solē quatuor partes ignis, & misce cum quindecim partibus aeris, hoc in digestionē repones diebus quindecim, postea destilla per finum. Hanc digestionem atq; destillationē toties reiterabis donec in fundo uasis maneat instar olei splendidi substantia quædam, in compositum unum ex aere & igne, quod Lignus uocatur. Eodem hoc processu conuerteres ignem et terram in suum cōpositum, ut binus formetur quadrangulus, prior ex igne, aere, fimo & cineribus, in cuius medio compositum ex igne & aere lubilabit. Posterior ex igne, terra, fimo, & cineribus etiam, cuius in medio stabit compositū ex terra & igne. Iam accipe compositi partem ex igne & aere, cui cœli sextam admiscebis, ac in digestionem ponēs diebus triginta, sic triangulum formaueris ex cœlo, composito ex igne & aere, fimoq; in cuius medio perfectum hoc magis reperitur ad ruberū transformans, ortū
& ori

LAPIS PHILOSOPHICVS.

& originem ex cœlo ducens, & composito
 ex igne, aere fumoq; Hoc ipsum ex cōposi-
 to ex terra & igne quū feceris, ei partē unā
 cum dimidia cœli iungendo, triangulum
 habebis alterum ex cœlo cōposito ex terra
 & igne, fumoq;, in cuius medio perfectum
 stabit minus ad album transmutans, &c.
 Si uerò cœlum admiscere nolueris, ut in-
 gentem laborem euites, compositis antea
 datis, elementa cerabis tā diu donec fluāt
 ut cera: ceratum hoc in digestionem decē
 dierum ponas, extractumq; cerabis iterū
 toties gutta post guttam iniecta, donec fa-
 cilem perceperis in eo liquationem. Mate-
 riam hanc in uase philosophico per quā
 optimè clausam in furnum secretū pones
 ad centū & quinquaginta uel plures dies,
 donec uideas opus cōpletum ex indicatijs
 infra positis. Hic processus est optimus in
 practica maiore, per minoris methodū ope-
 ris. Animaduerte cerationem cum igne, &
 aere fieri posse diuissim ante cerationem i-
 psis in unum non redactis. Finitur itaq; ge-
 nerationis rota, per quā optatum acquirit,
 annuente Domino, bonus artifex. Ex his
 duobus limis uaria fieri possunt in opere
 metaphysico iuxta latitudinem eius, ut in
 regali practica primū, & in cerationis ar-
 tificio terræ, foliatę proprię seu elementorū,
 rum,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

rum, cerando prius aere & igne, uel dictis
 limis ex aere & igne factis: in quo quidem
 artificio generationis rota suum habet e-
 tremū & finē, cuius indicatiū est nobis trian-
 gulus rubeus. Initiū igitur operis est cor-
 ruptio, generatio uerò finis: quibus operati-
 nib. corrūpitur una qualitas, & introducitur
 per generationem alia, uelut corrūpe-
 do aquam & generando terrā: hanc autem
 occultando, & ignem aeremq; manifesta-
 do, quousq; minus maiusq; perfectū oria-
 tur per media sua, quæ sunt calores fini-
 nerum & furni secreti, quibus aqua in ter-
 ram conuertitur, & hæc in aerem & ignem.
 Est ergo terra medium inter aquam, ignem
 & aerem: & fimus, cineres, furnusq; secre-
 tus medium existunt, per quod ignis & aer
 conuertuntur in animā ignis & aeris. Quia
 propter ignis et aer sunt mediū inter ipsam
 terram, animā ignis, & animā aeris. Deinde
 fimus, cineres, furnus secretus, & cœlū sunt
 medium, per quod anima ignis, & anima
 aeris conuertuntur in compositū ignis, &
 ignis, & in compositum terræ & ignis. Hac
 ratione cœlum est medium inter animam
 ignis, animā aeris, compositū aeris et ignis,
 & compositū ignis & terræ. Fimus item, ci-
 neres & furnus secretus medium sunt, per
 quod compositū ex igne & aere, compositum

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tum ex terra & igne coniunguntur elementis. Pariter ignis & aeris cōpositum, & cōpositum ignis & terræ medium sunt inter animā ignis, animā aeris, minus & maius perfectum, &c.

De peculiari practica lapidis ex opere minore. Cap. VIII.

COrpus metallicum in clauem iniice philosophicam, suo uase contentam, & in calore primi gradus uel fumi digeri permitte septimanam unā: at prius quā in clauem iniiciatur, ad calcem redigendū est, ut corpus dissoluatur melius, & euacuetur medio clauis, & caloris primi gradus, ex triangulo iuxta naturalem ordinem. Facta corporis dissolutiōe, uas ponatur in destillationem calore dicto iam excitatam, & amittet clauem, ac redigetur in terrā. Hanc super marmoreum lapidē optimē tritā in aquā resolui finito per se: at si nimiū sicca terra fuerit, aspergatur claue modicum, & post dies tres incipiet in compositam aquā resolui, quatuor elementa continentē. Aquā hanc destilla per filtrū, & reitera solutionē eius quod in filtro terræ manserit, quousq; tibi quātitas aquę bona fore uideatur. Hac operatione triangulus euacuationis fuerit absolutus,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

absolutus, in cuius medio terra est, quæ
 suam aquam ebibere debet, ut sequitur.
 Aquam filtratam in calorem primi gradus
 ad digerendum ponas, & clauem eijcies
 prorsus, ac in lapillos conuertetur: quæ
 quidem elixir adhuc non sunt. Euacuatio
 ne prædicta triangulus alius absoluitur ex
 aqua, calore primi gradus & clauē, cuius in
 medio dicti lapides existunt. Istos contere
 subtilissimè, puluerem eorum in putrefac
 tionem pone, sic in aquam uel oleum con
 uertentur metallicum, in quo sunt elemen
 ta quatuor, quorum diuide qualitates, ut
 audisti. His diuisis purifica terram, aut sub
 tilissimam debitis redde sublimationibus
 eamq; demum suis elementis imbibe, cœ
 lesti primum, aerea post aqua, & ignea po
 stremò prout est artis, ac decoquatur in per
 fectionem quam audisti. Iuxta processum
 hunc extrema principia mediaq; huius ar
 tis applicantur ad quod uolueris opus me
 taphysicum.

*De coherētia metaphysicarum operatio
 num utriusq; practices. Cap. IX.*

Mirum in modum coherēt horum
 operū instrumenta, media scilicet
 intellectualia sensualibus, ut forma quæ
 personam refert artificis instrumentum exi
 stentis.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

stentis, quo natura particulare nostrum ge-
 nerat ouum ex intellectu, licet à forma no-
 stra quam cœlum aliàs uocamus, distin-
 guenda sit, nihilominus hæc illa sine per-
 sistere non potest in artificio nostro, nec è
 contra. Nam forma nostra cœlum, est prin-
 cipium & sensuale medium generans, nu-
 triens, crescere uel uegetare faciens, & ele-
 menta mouens ad particularem generatio-
 nem sicuti cœlum maius inferiora, & à for-
 mante forma, quam per uegetabilem for-
 mam acquirit, indissolubiliq; nexu con-
 iunctam & colligatam sibi habet, particu-
 lare quæsitum in substantijs extrinsecis mul-
 tiplicare facit: sic de cæteris quàm plurimis
 in artis processu reconditis, artifice cogni-
 tu possibilibus & effectui. Verum forma
 quæ hominis est intellectus, initium est,
 medium & finis in præparationibus, eaq;
 denotatur croceo colore, quo quidem indi-
 catur hominem esse maiorem formam, &
 principalem in hoc opere metaphysico, for-
 mæ cœlo potiore. Aliæ uerò formæ sunt
 minores istis, ut maioris minorisq; perfe-
 ctionis existunt. Croci cum uiridi colore
 permixtio coæquata, significat, inter om-
 nes istas formas necessariò concordantiæ
 maioritatem uel minoritatem fore, citra
 contrarietatem in æqualitate finis ultima-
 ti.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

ti. Non potest enim una trium formarum abesse, quin deficiant omnia simul. Deficiente nanque cœlo, deficeret elementorum generatio, sequereturq; priuatio maioris minorisq; perfectionis. Forma igitur intellectiua, cum forma uegetabili, & forma motus ita coniungi debent per intellectū, ut una penes aliam conditionetur: sic de reliquis gradib. & medijs usq; ad maius perfectum. Forma quæ motiua nuncupatur, est uniuersale quoddam principium in gradibus istius artis, per omnes gradus unumquemq; mouens ad alium, in finem usque. Motus itaq; forma dici potest omnes gradus excitans ordine, donec ad perfectionē deuentum sit. Forma & materia sunt principia substantialia multò maiora quàm accidentalialia sint: hæc enim sunt mutationes tantum in opere, sicut colores, alteratio, digestio, &c. Veritas huius rei demonstratur potius per minus & maius perfectum, ab immensitate uirtutis eorum transmutantis, quàm in gradibus accidentalibus. Nihilominus æqualia sunt principia media finisque dicta, propter similitudinem finis eiusdem, ad quem omnia tendūt per catenam admirabilem.

De

LAPIS PHILOSOPHICVS.

De practica philosophici lapidis excellentissima. Cap. X.

Formatium corporū alterū accipe mercurio uulgi, & sali communi permixtū & calcinatum. Argentū hoc ab eo sublimetur, aut in aqua uiuum ut scis recipiatur, & sal aqua diluatur calida. Postmodum elementorum diuide qualitates, & ad cœli nostri libras tres adde minoris formæ duas uncias, ad maioris uerò formę duas uncias cum dimidia: cœli mediā libram accipies, ex eisq; facies coniugium, ad mixtionem in uase per quā optimè clauso pones, & continuo calore fouebis, donec per dissolutionem in alterationē transeat, ac alius color incipiat oriri, scilicet niger non prorsus, at in modū obscuri mali granati. Hoc signo iudicabis formam uel formam, & cœlū trāsire per alterationem, generationē & operationem, ac amoris colligantiam aut uinculum esse factum inter formam in cœlum conuersam, & hoc in illam. Deinceps continuādo semper decoctionem temperatā, incipientibusq; forma, & cœlo digestionē & generationem ingredi (quæ quidem operationes durant per suos colores usq; ad minus perfectū) niger ille color mortificatur, & cōtinuatione fomēti color albus oritur.

E

tur.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tur. Quum sub isto colore singula fuerint, iudiciū hoc est ossa neruosq; pueri, uel infantis nostri cum tertio numero coniungi, quæ tamen operatio durat usq; ad croceū colorē. Hoc apparente, signum est infantis corpus formatū esse, necnō suis organis cōpletum, incipereq; præparari, ut spiritus uegetabilis ingrediatur in ipsum: & hæc operatio durabit quoad in præparatione color croceus euanescat, & rubeus oriatur. Quo tandē orto iudicabis infantis corpori uegetabile animā inesse, necnō eius corporis & animæ terminationis adesse finē. Tū demū artificē oportet interstitios numerare dies inter generationis initiū & finem, quos cognoscere poterit ad oculū à dissolutionis actus fine cōpleto: bisq; tanto tempore cōtinuo ab ignis administratione minimè cessare, finitoq; spacio frige fieri permittere. Iā inueniet infantem nostrū in modum oui, quē extractū atq; mundatū ponat in uas uitreum & mundū, & iterū in furnum decoctiōis, qui balneū est ficcū, per sex dies naturales, ignē administrādo successiuē per eū dē, ut antea modū, utq; manū uix tenere ualeat absq; lēsiōe, ubi uas positū fuerit. Extracte postmodū, & preciosissimè serua, donec indigueris. Huius pondus unum super duo millia proiectū, in substantijs externis multi-

LAPIS PHILOSOPHICVS:

multiplicare generareq; similē formā ei, de qua duxit originē, potēs est. Multiplicatio-
nis aliud arganū habetur hoc. Dicit̃ mēstrui
librā unā uncijis duab. dictæ formæ uel for-
mæ, uel duab. cū dimidia, iuxta prædictam
conditionē, & perfecti minoris una drach-
ma solūm imabues, eisdē operationib. ut an-
tea, spacio triginta dierum in maius perfe-
ctum conuertere poteris igne temperato,
regimine colorū iuxta magis & minus, &c.
donec uideris corpus rotundū & rubeum:
si tamen opus ad rubeū fuerit: at si ad albū,
cum albedine metalligena. Notandum est
igitur diuersos fore colores infantū horū,
ut masculi maiorisq; perfecti rubeū: femi-
næ perfectiq; minoris albi, colorē primò ui-
ridē rubore permixtū: secundò croceum e-
tiā rubedine splendida mixtum, qui deno-
tat cōiunctionē partium cū suo toto: tertid
quidē album & splendidū, qui signum ter-
minationis est corporis infantis: quartò ue-
rò album niueum, & metalligeneo colore
mixtū, & hic ingressum denotat animę suū
in corpus. Isto colore tinctus à uentre ma-
tris nascitur infans, cuius pondus unū su-
pra tria millia materiæ speciem suā potest
multiplicare. De tertia repetitione super
millia trecenta. Istius ut prioris perfecti
maioris etiam fieri potest multiplicatio.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Notandum est in opere nullo metaphysice chymico, certum aut determinatum spacium temporis. Nam aliquando noster infans oritur citius, quam uidelicet calor per accidens æquo fortior extiterit, & aliquando tardius ob remissionem eiusdem, ut apparet in humano fœtu. Colores optima sunt indicia huius artificij, quibus etiam regi debet. Vt quum infans metaphysicus fuerit in dissolutione, totusque liquefactus, incipit oriri color niger, eo iudicabis ipsum in mixtione fore, transiisseque per alterationem. Et postquam apparet croceus color, formatum esse corpus existimabis, membrisque suis completum. Apparente uero colore postremo, rubeo uidelicet, corpus cum anima iunctum fore scito. Quo percepto, continuandus est ignis, ut supra dictum est, ad ortum usque. Pro ut hic de coloribus infantis rubei dictum est, non secus de coloribus infantis albi iuxta suas qualitates intelligendum erit. His indicijis artifex opus metaphysicum aggredi poterit absque metu, feliciterque perficere. Deo tamen annuente, non aliam.

De practica lapidis philosophici minus ardua. Cap. XI.

Cuiusvis corporis calcem accipe, huic in philosophicum uas longi colli positæ

LAPIS PHILOSOPHICVS.

ræ succum philosophicæ clavis affunde,
 quatuor ut superemineat digitis. Postea su-
 per cineres igne lêto calefactos leuiter bul-
 liat naturali die. Postmodû in fimo calido
 balneóue melius ut digeratur, materiaque
 per subtiles partes separetur, puras uideli-
 cet ab impurioribus. Termino finito uas
 eximes, à quo per modestam inclinationẽ,
 suis ne turbetur fecibus, claram in aliud a-
 quam effundes, coopertoq; uase repositû
 liquorem in fimû rûrsus ad digerendû po-
 nito: facta postmodum euacuatione, clauẽ
 aliã priori similẽ affunde, ut superemineat
 sicut antea diximus: bullire facias, & in fi-
 mû reponas, ut prius, &c. Toties operatio-
 nes huiusmodi reiterabis, donec à suis spi-
 ritibus corpus euacuetur. Si tibi clavis de-
 fecerit, euacuationû aquas omnes per alẽ-
 bicû destillabis igne lento, balnei nempe,
 donec duas euacuationis partes habeas.
 Huius aquæ tantã quantitatẽ, ut supra di-
 ctum fuit, ad materiã affundas, continuãdo
 processum hûc donec terra sit uacua: quod
 sic experieris. Terræ parum per istius ad So-
 lê siccatae prius ponito super laminã igni-
 tam, si fumum emiseric, operationes dictas
 iterato, quousq; non fumet amplius. Eua-
 cuationis aquas humido calidoq; loco re-
 pones, ut seruentur melius.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Mox atq; feceris huius experienciā, extra
he materiā ab ampulla, & in cucurbitā po-
sitā alembico superposito per destillatio-
nem exsiccabis. Pōdera post exsiccatā hāc
terram, cui clavis optimè rectificatæ ut scis
tripulum affundas, & cucurbita galea sua
rostrata cooperta, necnō ad cōmissurā opti-
mè lutata destillabis igne lentissimo, do-
nec iterū siccetur ut prius, et clauē priori si-
mile rursus madeat ut antea, destilletur
que, singulis destillationib, congregatis in
ampulla clausa, &c. Has operatiōes toties
repetes, donec in puluerē subtilissimū, &
inter digitos uix perceptibilē terra sit reda-
cta. Destilla postmodū euacuationū aquarū
oēs per alembicū, & Mariæ balneū, donec
in fundo uasis materia tāquā cera fusa, ue-
mellis instar appareat. Frigente balneo, ru-
sum ad materiā affunde quā per destillatio-
nē abstraxeras aquā, ut quatuor digitis em-
neat super eā, & expone digestionī fimi ue-
balnei per diē naturalem clauso uase tamē.
Destilla postea per alembicū ut audisti, &
frigente uase rursus abstractā aquam red-
de materię, digere, destilla, redde cōtinuāq;
reiteratiōes processus huius, quousq; perc-
peris totā unā cum aqua materiā ascēdisse.
Hęc materia lac uirginis uocatur à philoso-
phis, & argentū uiuum exuberatū. Tand
accip

LAPIS PHILOSOPHICVS.

accipe terræ prædictū puluerē subtilissimū,
et madefac sui medietate pōderis aquæ su-
perius posite, caloreq; fimi digeri facito per
dies octo: quib. finitis, ut prius destilla per
alembicū aquā à terra, lento quidem igne.
Pondere huiusiterū cognito, superfunda-
tur aqua iā recepta, supplendo si diminuta
sit per priorē exuberatā, ad ponderis ut su-
prā terrē mediā partē. Has operatiōes om-
nes, utpote humectationes, digestiones, &
calcinationes, uel congelationes reiterato
cōtinuatoq; donec terra medietatē suæ hu-
miditatis ebiberit, aut satis. Hoc ita cogno-
sces: quū tantillū eius, terræ nēpe, super la-
minā ignitā posite prorsus in fumū euola-
uerit, bene est: sin aut, operatiōes prædictas
reitera, donec signū hoc iā dictū assequutus
fueris. Quo quidē percepto pone super ci-
neres ad sublimandū in phiala, modico præ-
mū igne: tādē aucto paulatim, & successi-
uē quousq; totū ad latera uasis ascēdat, exal-
tataq; materia fuerit in sal admirabile, qd
philosophi lapidē, & naturē sulphur uocāt.
Istud oleo perfectorū est incerandū, donec
ut cera facillimē fluat. Medicinā habebis tū-
demū perfectam, cuius pondus unū super
centū stanni pondera, si sal Iouis extiterit,
uel super quinquaginta plumbi, si de Satur-
no fuerit, in opus, hoc ipsum euadet per-
fectissimū.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

fectissimū, quouis naturali perfectius. Oleum namq; perfectorū, uirtutem habet fixatiuam in omnia, ex imperfectis tracta salia quæ diximus. Perfectorum demū limatorum aut foliatorum unciam unā accipe, calcinatorū ut scis ex his, quæ nude supra diximus. Ex his extrahito suam humiditatem, id est suum argentum uiuū, clauis per succum philosophicæ, prout antea narratū est. Quo peracto liquefactionis aut euacuationis artificio, uas in quo liquefactiones omnes fuerint, alembico suo coopertum ponatur in balneū, & ex eo totus humor destilletur, ut in fundo cucurbitę materia tamen uiscosa maneat, mellis instar liquidi ac despumati uiscosa. Frigefacto uase, clauis affunde philosophicæ tantum ad materiam hanc liquidam, ut super eam emineat quatuor digitis, & in digestionē fimo uel balneo factam pone diē unum integrū, aut naturalem. Et frigente post uase, dissolutū per liquefactionis artificio, in aliud uas inclinatione modesta uacuato. Postmodū uas alembico suo coopertū in balneū ponito, lentoq; igne materiā exsiccatō: super quā iterum aquam istā, & clauis tantum recētis natate facito quatuor digitis, ut supra. Digestiōi demū antea dictæ per diē similē exponito, factaq; digestionē solutū euacuato.

Reitera-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Reiterabis toties operationes istas, donec materia tota sit in aquam claram conuersa. Deinceps aquam hanc in digestionem octo diebus pones, à qua postmodum elementorum qualitates ut sequitur extrahes. Primò per ignem balnei suauissimum recipias aquę tantum ac isto calore poterit ascendere. Destillatione hac cessante, frigenteq; uase, refunde liquorem totum iam destillatum ad suas feces, & obturatū uas hoc ipsum continens in digestionem ponito firmi uel balnei. Postea per cineres, & ignem ferratura constructum in furno registris gubernato, destilla totum oleum quod isto calore poterit ascendere. Destillatum hoc iterum destilla calore balnei: quod ascendit aquam appellant nonnulli, quod autem in fundo remanet aerem. Destillatā aquā istam ad feces affunde rursus, & in digestionem dierum septem prius positum, ab eaq; tractum igne lento primū, donec aqua tota per alembicum transierit: postmodum ad quartum gradum aucto, quicquid liquoris fuerit sursum pellito, quousq; siccus & impalpabilis in fundo cucurbite puluis (ubi tritus marmore fuerit) maneat. Liquorem autem in balneo positum eo calore destillabis, donec ascendere quid ualeat: finita uerò destillatione, manebit oleum in

LAPIS PHILOSOPHICVS.

fundo uasis, quod ignem appellant, alium liquorem balneo pulsum aquam, &c.

Peracta quidē euacuatione hac, ad prædicti pulueris pondus, medietatem sui ponderis argenti uiui prædicti scilicet addito per imbibitionem, & in uase clauso pones in fimi, uel balnei digestionē diebus octo. Digestionis huius tempore finito, singula perfice, prout in alijs reductionibus dictum fuit: hoc notato, quod materia quaelibet proprium suum argentum uiuum habeat. Sublimatione completa, quod sublimatum est cum ad uasis latera, tum ad summitatem eius in cucurbitam optimè clausam pone, ac in fimum calidum uel Mariæ balneū digerendum octo diebus: quibus completis, ubi materia nondum soluta fuerit, maneat amplius, quousq; in claram aquam resoluetur, quæ dicitur unguentum & oleum philosophorum. Si fortè resolutionis durioris extiterit, parum adde salis iam cogniti bis ter uel dissoluti & congelati, quod cælum est nostrum, & clavis philosophica rectificata quater, & soluetur optimè. Hoc ipsum in omnibus tuis facito resolutionibus.

Postremò salis cuiusuis metalli tigillo super cineres calefacti portionē aliquā oleis iā dictis incerabis, gutta post guttā infusa, donec ad spissitudinē frigidi mellis reducatur.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

atur. Amoue tum ab igne, huiusq; massæ parum admoue candelæ flammæ, si facile fundantur, optimè quidem: Sin minùs, incerationes iterato, donec materia fluat ante Mercurij fugam, &c. Istam incerationem etiam facere poteris perfectorum essentia quinta, modo qui suprà dictus est. Olea prædicta sunt incombustibilia, Labora diligenter igitur, & perfectionis horum ueritatem immunem à fallacia reperies.

De modo cælum, aut clauem extrahendi philosophicam à uegetabilib. ut melle nouo, chelidonia, floribus, humano sanguine, necnon utroq; uino. Cap. XII.

TRactis artificio dicto qualitatibus elementorum à uegetabilibus, ab eis præfercim quæ ponentur inferius, eorum ignis tantum accipiatur, & rectificetur eo modo quo de uino philosophico dictum est. Hac uia Mercurius noster exaltatione summa præparatus erit. Mixtio tamen fieri potest cœli noui mellis, chelidoniæ, florum roris marini, Mercurialis, lilij rubei, sanguinis humani, &c. cum rubei uel albi uini cœlo uel tartari. Mixtio fieri potest etiam eorum quæ dicta sunt in cœlū redactorum equaliterq; sumptorū, cū formis iuxta pondus

LAPIS PHILOSOPHICVS.

pondus in hoc Opusculo declaratum, & secundum ordinem doctrinæ maioris operis atq; practicam, ad minus perfectum opus hoc perducitur. Indeq; fieri potest alia mixtio, cœli nempe cum clauē philosophica, generationis artificio dicto. Postmodum addatur minus perfectum supradictū iuxta proportionem operis maioris, & hac uia transitur ad maius perfectū, quod suam speciem in substantijs externis bis quinque numero millibus multiplicare potest, &c.

Alius practicandi modus.

Quorumuis eorum quæ dicta sunt, in mixtionem cœlum, cum cœlo uini rubei uel albi, tartari ne per magisterium tracti separationis qualitatū ab elementis, cumque forma uel forma positum, iuxta maioris operis doctrinam, obstrueto uase ne cœlum fugiat calore continuo balnei coquatur intermissione sine per dies aliquot. Postmodum aperto uase, cum cœlo formaque dictis, de quorumlibet aere dictorum ponatur, pro secunda cœli parte, coquaturque tot ut antea diebus. His etiam finitis, rursus aperto uase de cœlo ignis quorūlibet eorum pones tantum, quantum uini cœlū fuit: obstruetoq; uase rursus continuo calore coquatur per alios dies quindecim.

Completo

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Completo mixtionis artificio, trásmutari mixta uidebis in minus perfectum, coloribus mediantibus, iuxta quos artifex opus gubernare debet, quousque ad perfectissimum opus maius perueniat, quod speciem suam in externis substantijs trásmutare, multiplicareq; sui ponderis millibus ter ualeat, &c.

De universalitate Mercurij Philosophici.
Cap. XIII.

QVauis in elementata re Mercurius noster habetur: in aliqua tamen ita remotus est, ut uita prius humana deficeret, quàm ab ea separari queat: in alia uerò tam propinquus, ut facilimæ sit extractionis, prout in illis quæ supra capitulo proximo dicta sunt. Aliqui scientes arcanum hoc, nempe Mercurium inesse quibusuis, à lapidibus, paleis filiginis, floribus, & lignis extrahere conati sunt, at frustra, potiusque uitæ suæ finem, quàm intentionis attigerunt. Nonnulli proxima cæperunt, ut chelidonium, flores roris marini, mercurialem, lilium album, & ex eorum succis per balnei fimi que magisterium, nostrum extrahere Mercurium colore, pondere,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

dere, qualitate, quantitateque non abf-
mitem à mercurio vulgi: maximum itaque
secretum inuenisse putantes, cum corrosi-
uis eum sublimarunt, ac naturam ipsius
corruerūt: quo factum est ut opinionis fi-
nem suę minimè sint assequuti, quòd artis
istius ignorarent principia mediaque, nec-
non extrema, quibus mediantib: opus me-
taphysicū nostrum absoluitur. At si tu Mer-
curium nostrum in tali specie conuersum,
aut uulgarem acceperis, & ipsum absque
materiali quouis in aquā reduxeris (quod
fieri potest, cum phlegmate mediij, si aerem
eius ei dederis infra uas) & septies destila-
laueris, lumē perclarum habebis: nam hoc
est earum pars ætherogenea, quæ lapidis
nostri conditione caret. Cauendum est igitur
ad artem nostram transmutatoriam,
talem fieri mercurij ab indiuiduis extra-
ctionem. In nonnullis indiuiduis Mer-
curius noster liberum quodammodò ha-
bet actum, ut in tartaro: patet ex opera-
tionibus aurifabrilibus, quum in Venere
Lunę quidpiam fuerit, & in album uinum
hoc ponatur, uel in eius animam, Lunæ
tincturā ad superficiē adducet uis mercurij
nostri. Quo reuelatur uinculum eius con-
cordantiæ cum Luna: Melius. ubi Venere
ignitā extinxeris in tartaro per uinū albū
disso.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

dissoluto, contrahet albedinem: at non est color iste permanēs, quia deficit ei subiectū spirituale fixū, &c. Fit etiam aliud experimentum eius, ubi Mars in solutione prædicta sæpius extinctum fuerit. Solis & Lunæ molliem contrahit, &c.

Mars namque ficcus est, & ualde remotus à mercurio, plus quàm alia corpora quæuis, & siccitas omnis uacuitatis rationem habet, quapropter in eam facile mercurium nostrum, qui summè humidus est recipitur, quo ducitur in molliem prædictam.

Cœli uerò nostri forma est aliud indiuiduum, in quo duæ cernuntur operationes liberæ: Prior est qua cūcta sibi imposita realiter conuertit in speciem sub qua fuerit ipsum. Signum hoc est euidentis admirabilis potentiae uegetabilis, ratione cuius in alias trāsmutātur substātię formas. Cōsideret igitur artifex quid nā operari ualeat, forma sua nudatus aliaq; formatus ubi fuerit noster mercurius. Est & alia quidem operatio pariter euidentis, ut cum ea forma perfectorum corpora terantur super porphyrium, horum utrumque reducetur in amalgamationis formam, à qua per panum extrahetur mercurius, quia hic existens in Sole & Luna, mouetur ad eum qui
 conti-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

cōtinetur ea forma, nec non è contra. Quia
 propter in angulo concordantiæ colligan-
 tur sic, ut in cœlo nostro corpora perfect
 multiplicentur, & mercurius istorum nullo
 modo resistere ualeat, quin cum alio ne-
 xu naturali reducatur in amalgamę speciẽ.
 In alijs etiam indiuiduis cōsignari possent
 operationes istæ cœli nostri, quas breuita-
 tis causa relinquimus, quòd ea quæ dicta
 sunt, etiam ad earum intelligentiam satis
 faciant. Totius magisterij finis huius est, ut
 noster mercurius sit in sphæra cœlica posi-
 tus, aliàs perperam operabitur artifex. Mi-
 rum esse uidetur, quod mercurius noster in
 supercœlesti loco situs, colorem, pondus,
 quantitatem, & qualitatem non retineat,
 cum hæc omnia sint de natura ipsius: attra-
 ctio huius est, quia sub alia forma positus
 est, quàm ubi sub indiuiduo latebat. Mo-
 dus hic etiã habetur extrahendi mercuriũ in
 hoc artificio, scilicet, ut uinum albũ uel ru-
 beum optimum ponatur in separationem,
 & ex eo destilletur ardens aqua, prout con-
 suetum est. Postea rectificetur ad maiorem
 subtilitatem quater, sed solũ ter suffice-
 ret, ne spiritus exhalaret comburens: erra-
 runt igitur septies rectificantes. Rectifica-
 tionis indicium hoc esto, quum saccharum
 impositum, unà cum aqua simul totũ com-
 buritur.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

buritur, nihilo relicto. Materia hæc est subiectum, de quo trahitur essentia quinta, per uas quod pellicanum dicitur: fiet operatio ne hac, ut per lineam diametralem, superior pars uel essentia quinta, separaretur ab inferiori, scilicet à fecibus turbidis, &c.

Ex tartaro potest etiam extrahi mercurius, cum calcinando uidelicet in furno uitreatorū dieb. tribus naturalibus: at magna quantitas eius ponatur, nā plurimum imminuitur. Hoc adustum super lapidem tere marmoreum, & super eū relictum loco frigidissimo humidoq; in aquā dissoluetur: quæ per filtri manicam est destillanda, uasq; uitreo recipienda. Poteris ex ea mercurium extrahere duplici uia: priore sicuti supra de uino diximus: altera per artificium separationis qualitatū ab elementis, &c.

De quibusdam annotationibus in ea quæ prædicta sunt. Cap. XIII.

Imperfectorum filij corporū, spiritus eorum sunt euacuati, uel eorum argentum uiuū exuberatū, aut materia prima apta nata ad quamcūq; formā recipiendū. Sed est inter istos spiritus differentia, & alios à perfectis euacuatos. Nā isti formales existūt, alij uerò materiales. Item imperfecta pariter

LAPIS PHILOSOPHICVS.

ac ipsa perfecta conuerti possunt in oleum
 sitq; hoc modo præparatio formæ & ma-
 teriæ. Necessariò quidem sulphur natura
 perfectorum in oleum debet conuerti, sed
 aliorum non, quod perfectorū oleo debet
 informari: nisi tamen omnia uolueris in o-
 leum redigere, quò lucidius opus fiat. Ole-
 um simile fit per quatuor elementorū qua-
 litatum separationem, &c.

Saturnus & Iupiter unius & eiusdē natu-
 ræ sunt, quum in spiritum reducuntur: ergo
 in spiritum, argentū uiuum exuberatū, sul-
 phur naturæ, tincturam, oleum, & lapidē re-
 ducti sunt similes, ipsis in quolibet istorum
 existentibus extra numerum. Item ipsis &
 alijs omnibus antiquum esse retinentib. ali-
 am naturam habent indiuiduatam, & ali-
 am in sua uirtute simplici multiplicata, per
 uiam generationis & processions in spiri-
 tum, sulphur naturæ, tincturā, oleum, & la-
 pidem. Et hoc in lapide proprius dici po-
 test quàm in alijs, quia substantia est mul-
 tiplicata ex eorum unitatib. quæ quidē uirtu-
 tem habent unam ex omnibus istis. Quan-
 do quidem ultimam unitatē quodlibet
 metallorum habet, quam anteaquam in la-
 pidem erat conuersum, non habebat. Ex-
 tenditur hæc unitas multiplicatione prin-
 cipiorum externorum, sicut in substanti-
 di

LAPIS PHILOSOPHICVS.

dictis fiat augmentum suæ formæ uirtutū
quæ multiplicatio. Sic terminat operis do-
ctrina minoris.

Calcinatio, dissolutio, euacuatio, multi-
plicatio, spiritus, alēbicus, argentū uiuū exu-
beratū, sulphur naturæ, tinctura, oleū, ince-
ratio, sublimatio, lapis unā conditionē ha-
bēt in Saturno, aliā in Marte, in Venere itē
aliā, sic de reliquis. Vnā etiam Saturnus in
quolibet istorū conditionem habet, aliam
cū Ioue, aliā cū Marte, aliā cū Sole, aliā cum
Venere, & cū Luna habet aliā. Item Iupi-
ter cum singulis dictorum peculiariter ali-
am habet conditionem in permixtione. Fit
item alia conditio miscendo Saturnum &
Iouem cum Marte & Venere: uel cum isto-
rum alterutro Iouem aut Saturnum, aut
Venerem & Iouem cum Saturno uel cum
ipso Marte. Hac ratione multiplicari pore-
rūt cōditiones metallorū, unum aut plura
miscēdo cū alio. Quotquot modis facta fue-
rit mixtio, tot uariabitur conditio Lapidis.

Calcinatio rursus æqualis est Solutioni,
& Dissolutio Euacuationi: hæc Multipli-
cationi, quæ Spiritui, &c. pro constitutio-
ne subiecti, quod lapis est. Item Alembi-
cus æqualiter se cōmunicat omnibus iuxta
suum officium.

Naturę sulphur maius est quàm argentū

LAPIS PHILOSOPHICVS.

uiuum exuberatum, & istud ac illud quàm spiritus. Opus minus absq; sulphure naturæ fieri minimè potest ab imperfectis tracto, quia deficeret medium eorū naturā sapiens, absente quo perfecta nō possent imperfecta suam in speciem trāsmutare. Hoc enim uult definitio mediij, scilicet ut lapis componatur ex sulphure naturæ, & argento uiuo ab imperfectis exuberato, cum perfectorū oleo : sic ut lapis mediū sit participans ex utraq; natura, concordantiæq; ratione quam habet cum dictis imperfectis: hæc ipsi locū dāt per omnes sui partes, ut in eorū parte minima, sit minima pars lapidis, quas etiā partes in eis existentes penetrat omnes ratione suę subtilitatis. Et quia materia lapidis quę abstracta est ab imperfectis, formata est per omnes sui partes, & colligata formæ cuidā extraneæ uinculo quidem indissolubili, proprietate quę uegetabili, quā à clauē philosophica recipit, ita per formam istam informatur, ut in minima sui parte realiter & uerè minima pars insit eiusdem formæ, deponuntq; suas antiquas imperfecta formas hac uia, quæ ipsis inerant actu, ut perfectorum formas quæ istis insunt potentia recipiant, ac in perfecta corpora transmutentur metallica. Antea dictus est operandi modus cum sulphure

LAPIS PHILOSOPHICVS.

fulphure naturæ de Saturno uel Ioue tantum extracto, iam cum duobus tribus quatuor uel omnibus, iuxta uoluntatem operantis mixtionem fieri posse dicimus, prout ex eis conditionem fore lapidis cupierit artifex. Positus est etiam oleum ex perfectis eliciendi modus, quorum unus & idem est ac aliorum omnium, per calcinationem, dissolutionem, euacuationem, multiplicationem, spiritum, alembicum, argentum uiuum exuberatum, sulphur naturæ, tincturam, oleum, incerationem, sublimationem, & per ignem. Quum duo uolueris coniungere, ponas in calcinationem clauæ nostræ philosophica mediante: post in dissolutionem, & in reliqua prædicta, usque ad sublimationem incluse. Si perfecta fuerint & in sulphur naturæ facta, ponas in multiplicationem, & si nimis durum extiterit, affunde sanguinis menstrualis aliquam portionem, ut in oleum conuertatur.

Nota quòd metallorum elementa per mercurium uegetabilem ab eis tracta materia prima dicitur eorum, ad genus generalissimum suum proximè accedens, & essentia quinta uel cœlum etiam appellatur ipsorū. Hæc uerò materia conuerti debet (si perfectorum sit) in formarum naturam,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

& in illam alia scilicet imperfectorum natura, compositumq; fermentū nominatur, quodd fiat ex materia prima, & metallorum natura, & oleo gutta post guttam instillata, postea mercurio nostro naturali inceratione, quæ medium est coniungens mercurium cum dicta prima materia, fitq; hoc modo gummy philosophicum. Fermentum simplex est, cui nihil admixtum est, ut sunt elementa, uel euacuata metalla per se existentia simpliciter ue sumpta. Compositum est, quum plura simul & inter se commiscantur. Qui cum perfectorum & imperfectorum corpora, specialiter in sui materiā primam conuertere nō simplex fermentum etiam habere, neq; compositum (sine quibus lapis inanis erit & uacuus) poterit. Terra quidem à corporibus metallicis in sulphur eleuata naturæ, sal dicitur philosophorum uel mercurius uegetabilis, & medium extrema coniungēs omnia ad unum finem, id est cœlum cum forma, uel clauem philosophicam perfectis corporibus; & hæc terra dicitur etiam elementa mercuriata. Minus perfectum lapis est philosophicus non fermentatus in uirtute, neque in quantitate: componitur ex igne & aere, aut ex terra & igne.

Fermentatio est operatio denotans multipli.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

multiplicationem duplicem, scilicet quantitat-
tis, & uirtutis. Quantitate quum fit multi-
plicatio, uirtus minuitur, & è contra. Fit e-
tiã alia uirtutis & quantitatis simul: prior,
cũ uulgi mercurio: secũda, mercurio metal-
lorũ: tertia uerò, uegetabili mercurio uel
mẽstruo philosophorũ, &c. Fermentatio fit
in abbreviatione lōgi tẽporis ex forma, cœ-
lo, & mercurio uulgariter intellecto. Eua-
cuatio dicitur puri ab impuro separatio.

Multiplicatio euacuataẽ rei super ter-
ram suam est reductio, ut mũditiaẽ spiritus
oriatur. Spiritus corporum est res quẽ per
solutionem à corporibus mediante clauẽ
philosophorum euacuatur.

Argentum uiuum exuberatum, spiritus
est corporum ascendens unà cum clauẽ,
transiensq; per alembicum.

Sulphur naturæ, terra corporum est sub-
limata, & in terrã foliatã cõuersa, quæ me-
tallorũ prima p̃ximaq; materia uocatur.

Tinctura est ex aere & igne, uel ex terra
& igne. Oleum est elementum fixum fa-
ciens ad liquationem & fixationem.

Lapis ex terra foliata, & oleo fixo in e-
am seminata germen est.

Ignis lapidis cõstat ex essentiali corpo-
ris igne, & ex coessentiali mẽstrui uegetabi-
lis igne, ex qb. unus ignis cõponitur, qui

LAPIS PHILOSOPHICVS.

momentaneè metalla transmutat omnia,
iuuante quidem igne prædicto uegetatiua
sua potentia. Elementa corporum toties
destillari debent cum ipso menstruo ad
magnum lapidem, quousque sint fixa, &
menstrui nihil appareat cum eis actuali-
ter. Vt ex dictorum cōditione proprietate,
que oriatur ignis fulguris instar ignis, me-
talla quæuis imperfecta subito comburēs,
eisq; formam aliam inducēs perfectā, &c.

De abbreviatione lapidis philosophici.

Cap. XL.

TOta uia mineralium in duabus consi-
stit aquis, prior lapidem facit uolati-
lem sine labore sineq; periculo, posterior fi-
xat eū & cū eo fixatur cum periculo. Quia
hæc aqua trahitur ex mēstruali quodā fœ-
tenti immassati ex rebus quatuor. Hac for-
tior in mundo nulla reperitur aqua, morta-
lis, &c. Maius periculum est, ne spiritus in
ablutione fugiant. Breuiori tempore pro-
ducitur quàm cæteri lapides.

Animalis est qui uix finē habet, ob regie-
mē elemētorū, & maior in eo sciētia quàm
in alio quouis lapide consistit. Lapis uege-
tabilis quāquam plixus admodū existit, su-
premae

LAPIS PHILOSOPHICVS.

preme compositionis etiam, debet nihilo minus animalem sequi lapidem, quoad rarificationem elementorum, & rectificatione: & ita præparatus efficacior est animali.

Essentia quinta spiritus est in lapide minerali mortificatiuus & uiuificatiuus.

In animali summa quandoq; medicina corporibus humanis existit, ut si tracta sit ex sanguine potissimum.

In uegetabili tamē lapide spiritus essentia quintæ, restitutio iuuentutis est, & corporis humani ab omni corruptione conseruatio.

Recipe ardentis aquæ rectificatæ, lib.ii. & fermenti unc.i. pone in pellicanum, & in digestionem dierū uiginti uel uigintiduum: densabitur spiritus essentia quintæ per fermentum, & in lapidem conuertetur. Post cōgelationem, in fimo uel balneo solues pernoctem unā, & congelabis iterum. Hoc iter fiat uel sæpius, donec amplius coagulari nolit, at sicut oleum remaneat. Albo cum fermento nō ita citò soluitur, sed coagulatur citius. Ista medicina transmutat non aliàs quàm fuerit eius fermentum, & non altius. Si cum propria terra fermentaueris, uniuersalis erit medicina, non tam efficax tamen, atq; cum fermentorū altero.

Si in prædicta aqua, decima destillatione

LAPIS PHILOSOPHICVS.

peracta solueris aurū, & postea siueris aquā
 euanescere lēto calore uel igne, hoc ipsum
 loco demū humido reposueris, per se dieb
 quatuor in aurū potabile soluetur, ad hu
 manæ sanitatis conseruationē. Et si cum co
 mercuriū septies sublimatū cū uitriolo, ut
 una sit auri pars, & argēti septem eius. Post
 modum sublimaueris toties donec mercu
 rius figatur, medicinam habebis tingētem
 & penetrantem, &c.

Si huius auri sic dissoluti pars una pona
 tur in ignem lentū per se diebus octo, cum
 centum partibus mercurij, mixtum hoc to
 tum in aurum congelabitur. Hoc ipsum ex
 parte spiritus aquæ prouenit, quæ in auri
 solutione cum eo fixatur inseparabiliter.
 Poteris hac uia miscere mineralia uegetabi
 libus, & ex eis facere medicinam, hoc mo
 do scilicet. Vegetabili destillato lapide us
 que ad eam destillationem, qua toto priua
 ta sit phlegmate, quod in quinta plerūq; so
 let contingere. Accipe uitrioli perlucidi bo
 niq; cū equali cinabaris optimē terito pon
 dere, soleq; ficcari finito, postea carboni
 bus, donec omnis aquositas absorpta ui
 deatur. Affunde tandem aquā, & igne len
 to prius destilla, post aucto paulatim, ut in
 aqua philosophorum acuta solet fieri. Spi
 ritus essentia quintæ uitrioli, & cinabaris
 uel

LAPIS PHILOSOPHICVS.

uel antimonij, qui lapidem potissimum
constituunt mineralem, cum spiritu quin-
tæ essentiaë aquæ nostræ ardentis benedi-
ctæ miscetur, qui spiritus est anima lapidis
uegetabilis: & hoc decies continuato (pu-
ta post quintam destillationem) hoc est cū
ista mixtione semper noua materialia sint,
& optimè sicca prius quàm in aquam inji-
ciantur. Post decimam destillationem im-
pone aurum pondere supradicto in lapide
uegetabili per se, & in furnum philosophi-
cum collocabis: decem diebus complebi-
tur fixatio tota, quæ in uegetabili per se uix
in uiginti quinque compleretur: quia spi-
ritus unus alium densat. Excellentissimū
opus est hoc ad Alchimiam transmutato-
riam, non ad medicinam. Facta fixatione
procede ad solutionem in balneo per se,
ut in uegetabili per se dictum est. Notan-
dum erit, hunc lapidem ex mixtis non ita
cito solui, prout uegetabilis per se: uerum
citius quàm lapis mineralis per se. Tenet
ergo medium solutionis, quia fit nouem
diebus.

Oportet reiterare solutiones istas & con-
gelationes sæpius, ut medicina melius pe-
netret. Ex plumbo philosophorum extra-
hitur oleum aurei coloris, quo cum si mine-
ralem uel mixtum, aut animale post fixa-
tionem

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tionem primā solueris tribus aut quatuor diebus, uel uicibus, lapidem, excusaberis à labore solutionum & congelationum.

Si bene hoc sciueris ab aqueitate separare, iuxtaq; modum operatus fueris mixtionis antea positum, poteris diebus triginta lapidem absolvere. Hoc autem oleum in uegetabili per se nō est necessarium, quòd in eo solutiones citò fiant: si tamen ibidem fieret sublimatio, credo lapidem ampliari posse.

De preciosorum lapidū fabricatione per metaphysicā artem. Cap. XVI.

Mercurialem aquam extrahe, id est mercurium nostrum in quintam essentiam uegetabilem resolue. Hāc in duas partes diuide, quarum una sit quarta pars eius, altera uerò tres quartę. Tribus è quartis unam accipe cum dimidia, necnon primæ quartæ mediam partem, quæ simul totius mediam partem efficiunt, & ita manebunt tres octauæ sub terram sepeliendæ, & una octaua pars aeri cum cæteris, prout audietur, exponēda. In alterius mediæ partis aliquota parte solue Lunæ partem aliquam, & postquam soluta fuerit, solutionem istam destilla per filtrum. Quod solutum est serua. Si quid in manica filtrea fecum

LAPIS PHILOSOPHICVS.

fecum remanserit, abijce tanquam inutile. Reliquos planetas omnes in aquæ mercurialis residui parte conueniente solues, & cum eis ut prius de Luna dictum est facies. Quamlibet solutionem filtratam per se destillabis iterum in balneo mariæ, uaporo tamen, donec tota humiditas ascenderit, inq; receptaculum se receperit. Postmodum huius liquoris tertiam partē fecibus suis, quas in cucurbita reliquit, affundes, & resolutum hoc seruabis, & per se. Deinceps soluti duas tertias illas in phialâ longi collis pones, & tertiam cum fecibus in aliam sigillatis ambabus Hermetis sigillo. Tandem phialam quæ feces continet, in terrâ sub dio sepelies, totam præter extremitatē colli, quæ parum emineat: aliamq; duas tertias aquæ claræ continentem in aerem pones & in altum, ut aere tangatur, ne tamen aliquo lapidis iactu casu'ue frâgi queat. Id ipsum de cæteris aliorum Planetarum solutionibus facies. Phialis etiam duabus includes mercurialem aquam seruatam, & sigillabis ut prius: in una quæ ad aerē est ponenda, sit octaua dicta, & in altera quæ sepelienda est in terram, sint octauæ prædictę septem. Hoc negotio solutionē philosophicam absoluiisti. Iam ad congelationem ueniendū est. Anno reuoluto iubeas a uitro-
rum

LAPIS PHILOSOPHICVS.

rñ artificibus duplex uas tibi confici, quod
 spheræ formā diuisæ per medium habeat,
 superiusq; uas inferiori sic aptatum sit, ut
 ab eo deponi reponiq; ualeat, quoties op-
 pus fuerit. Quo peracto, confice tibi formu-
 las cereas uacuas, uasorum aut cimbarum
 instar, quæ liquore possint impleri, nata-
 req; super aquam. Nonnulli has in formā,
 qua scindi solent preciosi lapides confi-
 ciunt in hunc modum. Accipiunt ferrum
 ab una suarum extremitatum scissum atq;
 politum, uti lapidem fore cupiunt: hoc in
 oleum immergunt, postmodum in ceram
 liquefactam, & postremò in aquam frigida-
 dam. Vbi iam inuolutum est cera, circum-
 qua; scindunt eam, ut à ferro forma libe-
 retur. Hac uia scissorum instar sibi lapides
 parant. At ego uix credo fieri posse, ut ex-
 actè res fiat. Quapropter in rotundam, aut
 semirotundam formam quocunque mo-
 do suaderem fieri, postea scindi naturalitè
 instar. Erue demum à terra phialas, & alias
 ab aere depone. Deinde spherici tui uasi
 partem inferiorem aqua mercuriali terrea
 quæ medietatem eius impleat imbues, &
 super eam natate formas facies. Postmo-
 dum si Mercurialem, Solarem, Lunarem
 Iouialem, Saturnium, Venericum, aut Mar-
 tialem uolueris lapidem, formas tuas pau-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Id minus imple cereas, quorumuis dictorum Planetarum cœlo, hoc est aqua sua aërea: non ad summum tamen implebis, ne fortassis effluant aquæ. Tandem superioris sua parte sphericum uas conteges, & ita clausum aliquot horas maneat, quousque uideris aquas in formis aliquantulum densatas. Hoc percepto uas aperies, & formas inuertes, ut pasta fixatiua aquam tangat. Relinque sic in umbra donec dure scat in lapidem.

Sed iste processus ad artem magis transmutatoriam, quàm ad medicinam facere uidetur, ob terræ cum cœlo simul infusionem. Quò fit ut lapides hac ratione facti, sint obscuriores illis, qui hoc modo fabricantur.

Cuiuslibet metalli pars uel aqua terrea, uel essentiæ quintæ fixatiua, ponatur in uasis inferiorè partem, & per se formis quoque supernatantibus uacuis, claudatur superioris parte, clausumque uas per quartam horæ partem relinquatur, ut formæ uapore quodam inuisibili fixatiuoque repleantur. Postmodum aperto uase, formæ cœlo seu aqua repleantur aërea tantum, & rursus clauso procedatur, ut supra.

Poterunt etiam omnes aquæ terreae in uas inferius mixtæ simul effundi, formæque
cœlicis

015364

LAPIS PHILOSOPHICVS.

cœlicis etiam aquis mixtis impleri, procedendo sicut prius, & habebitur lapis unicus Planetas in se complectens omnes.

Aliqui duorum aut trium Planetarum vapores antea dictos, iuxta proportionem ex arbitrio depromptam simul commiscant, ut uulgariter hic infra denominatos lapides preciosos fabricent, coloribusque suis adornent, hoc modo scilicet:

Carbunculus fit ex cœlo Solis, & ex eiusdem aqua terrea.

Adamas ex Lunæ cœlo, & ex eius terrâ.

Sapphirus ex Lunæ cœlo terrâque Iouis terræ mixtis.

Smaragdus fit ex cœlo Veneris, & ex terra Lunæ.

Topasius ex cœlo Martis, & Solis terrâ.

Hyacinthus ex cœlo terrâque Martis cum Solis terrâ mixtis.

Eliotropia fit ex cœlo Veneris et ex cœlo terrâque Martis, cum terra Lunæ permixtis.

Alamandina fit ex cœlo terrâque Martis.

Pallax fit ex cœlo terrâque Lunæ cum æquali pondere terræ Solis.

Berillus ex Lunæ Iouisque cœlis æqualibus, cum terra Lunæ.

Vnio fit ex una parte cœli terrâque Iouis, cum partibus Lunæ cœli quibus.

Solaris ex cœlo terrâque Solaribus lapidibus.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

lapis conficitur. Lunaris ex cœlo terraq; suis: Iouialis ex utraq; sui parte: Venerus ite, Saturnius, Martius, & Mercurialis ex suis, ut alij partibus constabunt. Multi posunt alij lapides ad imitatione fieri naturalium hac arte: quos recensere longum foret. Verum quisq; iuxta suam experientiam in coloribus eorum, quoscunq; uolet fabricare, necnō si bonus mathematicus fuerit, suis breui temporis (ut etiā requiritur hoc loco) spacio caracteribus insculpere, priusquam aspectus repentini trāseant, optimè poterit.

Quid aliud restat, præter quàm lapidū, & metallorum uires omnium diligenter inuestigare particulares, ac ad medicinam applicare? Sapientes olim insculptis lapidibus tempore constellationum, atq; metallis collo tantū appensis, aut gestatis, plerosq; morbos curarunt absq; superstitione. Vnde quæso uirtus hæc, nisi partim à materia, partim à caracteribus, & potissimum à uirtutibus in materiam per cœlum inditis, & copiosius affluentibus, quæ per constellationes mediantibus applicatio- nibus de sua potentia deducuntur in actū? Nil mirum sanè considerantibus mundi superioris ad inferiorē, & istius ad illum maximam confœderationē. Siquidem hic in-

G ferius

LAPIS PHILOSOPHICVS.

ferius apud nos moueri nihil potest arte, quod superius itidem non commoueatur. Non aliàs quàm si membrũ aliquod in humano corpore læsum fuerit uxori, correspondens in eius uiri corpore, si non actu lædatur etiam, potentia tamen, ac naturali compassione quadam ob naturalis amorẽ atq; diuini coniugij dolorẽ percipit. Quanto magis in ipsamet natura hoc ipsum fieri necessum est, quæ coniugio diuino constat ex mundo superiore, & inferiore, sic à Deo quidem ordinatis, ut unus eorum nihil contineat, quod nõ sibi correspondens habeat alter. Cum igitur minor mundus, homo uidelicet, corpore uitalique spiritu, sit ad magni similitudinem creatus: rationali quidem ad imaginem Dei, quicquid in maiore fuerit, in minore fore constat. Et sicuti nunquam in superiori cœlo cessant motus, hominis etiam spiritus uitalis quiescente corpore, uel dormiente, motus exercere suos non cessat, imò potius operatur, quàm uigilante. Pariter si membrum aliquod in corpore tangitur hominis, mox ad spiritum huiusmodi tactus peruenit, ut suprà de cœlo dictum est.

Simile coniugium ergo uidemus inter spiritum, & corpus hominis fore, quale diximus inter cœlum & terram. Iterum quæ
 liscunq;

LAPIS PHILOSOPHICVS.

liscunq; sit in cœlo motus, in hominem in-
fluitur, aut in elementa ad usum eiusdem.
Quapropter mirandum non est, si fieri ua-
leant arte lapides preciosis non ab similes,
quibus morbi curari possunt hominū, ubi
sub aspectibus (ut aiunt) felicibus fabrica-
ti sunt. Quanto magis quum resoluti fue-
rint in suos liquores, & intra corpus adhi-
biti, remedia futura sunt potentissima.

*De plurium unionum, aut preciosorum
lapidum in unicum reductione.*

Cap. XVII.

Accipe minoris perfecti, cuius antea
mentionē fecimus, et ipsum apertis-
simis uerbis extrahere docuimus,
aliquam partem. Hoc in alembicum par-
uū super cineres pones, igneq; lentissimo
prius destillabis, donec eo calore leui non
destillet amplius. Animaduertendum est
prius, digestionē per balneum resolui de-
bere perfectum hoc minus, ante primam
destillationem nunc positam. Amoto po-
stea recipiente clausoq; admoueatur aliud,
optimeq; lutetur in cōmissura, fortiori que
destilletur igne, donec ascendere poterit.
Secundum hunc liquorem in uas nouum
ponito, destillatoq; balneo Marię ter, qua-
libet

LAPIS PHILOSOPHICVS.

libet uice refundendo quod destillatum fuerit ad suas feces, quæ quidem uiscosæ sunt, ac dissoluuntur istis affusionibus. Verû tertio destilletur in cineribus. Postea destillatum, nouum in uas iterum positum destilletur in balneo Mariæ quater, singulis uicibus amouendo feces, easq; per se reseruando, quousq; hæc aqua sit clarissima, necnon splendens unionum instar orientalium. Istius usus hic est. Uniones pulcherri-
mos, licet paruos, in uas uitreū pone mundissimum, quibus affunde parum istius aquæ iam ultimo destillatæ, ut supernatet aliquantulum: claudatur uas optimè: post horas tres uidebis uniones in pastam al-
bissimam resolutas, & in superficie natabit aqua ualde clara, quam per modestissimā inclinationem in aliud uasculum effundes absq; turbatione. Relicta quidem in eodē uitro pasta, ponatur in balneum Mariæ cooperto uase per dies tres: excipe demū. Formā tibi rotundam, & argenteam intus ob-
ductam auro diuisam per diametrum, ut illæ sunt in quibus tormentorum globuli funduntur, ab aurifabro iubeto parari, tantæ concauitatis quantos uniones fore cupias. Ad utriusq; partis orificium aureum filum protendatur subtilissimū, in diametrum, ut pro sui medietate cauet utramq;,
sicut

LAPIS PHILOSOPHICVS.

sicut protrudi retrahi que ualeat. Postmodum utraque formæ pars media pasta repleatur, & hoc aurea spatula fiat: indeque mox protenso filo cōiungantur, agiteturq; filū huc & illuc tractibus, ut forati sint uniones. Aperta forma ponantur uniones in argenteam patinam uel auream, & nō tangantur manibus, coopertaq; patina sibi simili siccetur in umbra, ne Sol attingat. Formatos omnes filo dicto penetrabis, ut non tangantur manibus, & in uitreo uase clarā aquam de qua superius diximus continente suspendantur, & occluso uase ponantur ad aerem extra Solem diebus octo, post ad Solem tribus agitando uas singulis ternis horis modeste satis. Liquoris huius uapore perficientur, & congelabuntur uniones, &c.

Eodem hoc processu poterunt carbunculi rubini uel plures unus fieri, tantæ quantitatis ac uolet artifex, mercurio rubeo tamen, uti supra diximus, dissoluto semel tantum. Si reliquorum colorum lapides formare uelis, cū albo mercurio feceris, quia color albus omnium est susceptius, &c. Congelationem ad opus istud, ex præcedentibus inuenire poterit industrius artifex, ista longè præstantiorem.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

De his quæ ad hanc artem apprimè necessaria sunt. Cap. XLIII.

TRia potissimum in hac arte consideratu dignissima sunt. Primum, ut materiam ad hanc rem idoneam eligamus. Secundum, ut clauem habeamus philosophicam, arcem qua referemus fortissimam, in qua uirtutes à natura minerales omnes reconditæ sunt, ne deprædentur à furibus, ac à philosophis ueris habeantur, qui clauem hanc fabricare norût arte mirabili. Tertiū, ut uirtutes iam acquisite metaphysico magisterio præparentur, cœlestiumque uirtutum digna fiant receptacula. Cognita materia, mox inde clavis est necessaria, qua sine prorsus ad naturalem philosophiâ nullus pater aditus.

Postquam introierimus, arcæ nobis tres apparent. Vna thesaurus ingens alij longè felicior ad humani corporis medicinâ continetur, sub aquis aereibus & cœlestibus; alijs duabus una continentur aquæ cū aereibus terreæ simul, cum ad ingentes diuitias, utpote metallorum trāsmutationem, tum ad morborum curam: tertia quidem similes continentur aquæ, sed ad preciosorū lapidum fabricationem. Ex tribus istis fontibus

LAPIS PHILOSOPHICVS.

eibus scaturiunt undæ mundo felices, quibus
 bus admiranda patrantur in rerum natura.
 Cœlestes aquæ mineralibus impregnatae
 uirtutibus, aeri quum expositae fuerint per
 integri circuli reuolutionem, latius impreg-
 nantur cœlestibus uiribus, quibus ad re-
 solutionem omnium, solidissimorum etiã
 corporum, aptae sunt. Inferiores tamen cœ-
 lestes etiam, at expositae uentri terræ, uir-
 tutes easdem accipiunt eodem tempore,
 sed alio medio, nempe terreo, quo coagu-
 landi uim acquirunt omnia, & suũ argen-
 tum uiuum. Inter sulphura quæq; hoc unũ
 est excellentissimum, ut etiam argentum
 uiuum quod posuimus, præ cæteris præ-
 stantissimum, & philosophicũ magis exi-
 stit. Quãquam & alia reperiuntur philoso-
 phica, nō tamẽ in tãta subtilitate uirtuteq;
 sublimata. Sunt igitur aquæ philosophorũ
 istae cæteras inter maxime, uidelicet forma-
 lis una cœlestis & superior, altera materia-
 lis & inferior: quæ tamen ambæ nascuntur
 ex eadem radice, nec nisi per industriam &
 applicationem ad artificium hoc differunt.
 Ut confirmetur quod per Patrem Hermen-
 tem nobis prædicatum est, utpote: Quod
 est superius, est sicut id quod est inferius,
 ad perpetranda miracula rei unius. Hic ui-
 demus primũ artis huius excellētissimæ

LAPIS PHILOSOPHICVS.

restauratoré, duo sub unitatis contenta similitudine ponere, quibus miranda sunt ex naturalib. opera supernaturali magisterio. Prius uocat superius, id est cœleste, per quod cœlestes aquas intelligere possumus. Alterum inferius nominat, idque possumus ad aquas referre terreas, quas unâ & eandem aquam fore dicit: nam ex una & eadem substantia sunt, & natura non differunt, sed accidente solùm, id est preparatione. Per mediũ aeris namq; superiores uim solutiua acquirunt, inferiores uerò terre medio coagulatiua, quę quidem actiones, accidentia sunt, nō substantię. Vide qui hoc Hermetis dictum exponat Io. Tritemius, naturalium philosophorum excellentissimus. Vnarius (inquit) non est numerus, & ex ipso numerus omnis consurgit. Antequam enim aqua cœlestis, cuius mentionem fecimus, in duas partes diuideretur, una fuit, nec per separationem in uasa duo diuisa: uerum per introductionem diuersorum accidentium, ut audistis. Hac ratione tātũ, unarius factus est binarius numerorum omnium primus, ut ait idem Tritemius. Est numerus, & numeratur, & non est numerus, & non numeratur. Non numeratur, quia natura simplex est, & accidente compositum. Ideoq; numerari non potest,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

potest, quia ante ipsum non est numerus. Intelligitur de unitate, quam alio modo Hermes explicat per similitudinem dicēs, est sicut id, &c. Binarius autem ab Hermete per superius & inferius denotatur. Reijciatur (ait Io. Tritemius) binarius, & ternarius ad unitatem cōuertibilis erit. Idē Hermes, at alijs uerbis, nempe, Ad perpetranda miracula rei unius, Apprimè notandum est hoc loco, duobus modis unitatem ab utroq; sic intelligi. Rerum omnium naturale suum, in specie, numeratur, in quouis indiuiduo particulari non numeratur: nisi cōsideretur ex elementis compositum à natura, tunc numeratur. Non aliās Hermes unitatē numerat per superius & inferius, & ipse Tritemius per omnis numeri constitutionem ab unario. Longè diuersa ratione pōst uterque metitur unitatem: unus reductione superioris, & inferioris ad similitudinem in miraculo positam: alter abiectione binarij, conuersioneque eiusdem in unitatem per ternarium. Mira certè ratione conueniunt in eandem ambobus sententiam. Est igitur naturalis unitas in binarium diuisibilis uel potius numerabilis, & hic per ternarium ad alteram unitatem, & supernaturalem reductibilis, quæ secunda uerè dicitur unitas, ultrà quam

LAPIS PHILOSOPHICVS.

nullo modo progredi licet. Hoc sic Tritemius. Omnis itaq; naturæ consistens limitibus operatio mirandorum, ab unitate per binarium in ternarium descendit; non prius tamen quàm à quaternario per ordinem graduum in simplicitatē confurgat, nam si quatuor numerare uelis, non aliter quàm ab uno scis inchoandum, & dicis, unum, duo, tria, quatuor: quæ simul sumpta faciunt decem.

Hæc omnis numeri perfecta consummatio est, quia tunc fit regressus ad unum, & ultra denarium non est numerus simplex. Mirantur huius connexionis profunda nescientes, quibus principijs in operatione mirandorum utamur, falsò nos uel dæmonum adiutorio, uel qualibet contra fidem nostram Christianam superstitione inniti opinantes. Nos autem hæc de nobis iudicantes propter eorum quæ præmisimus ignorantiam, non miramur. Quoniam sicut sanctissima testatur scriptura de interna cognitione Dei, quam nemo intelligit, quàm qui accipit: ita his uel nos imbui, uel uti nemo potest, nisi diuino munere lumen singulare acceperit intelligendi ex natura in naturam, fueritque in eo cum lumine ignis, cum igne uentus, cum uento potestas, cum pote-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

potestate scientia, & cum scientia sanæ mentis integritas. Haftenus ille.

His apparet in decade uel unitate secunda perfectionem existere, progressu ab unitate naturali ad unitatem supernaturalem: binario tamen ad ternarium reducto per quaternarium, uti suprâ dictum est, mediante. Hanc ego sententiam ad institutum nostrum facere sic intelligo. Quicumque medicinam illam admirabilem & miracula patrantem adipisci uolet, se ipsum à binario in ternarium reducat oportet per quaternarij gradus, antequâ in rebus alijs naturalib. id facere præsumat. Homo siquidē naturaliter unus est & non numeratur: at supernaturaliter in duo numeratur, ut in spiritû & corpus, quæ binarium in eo constituunt. Verum ob corruptionem primam istud illum superat, quò fit, ut nihil admirandum producere spiritus ualeat. Quod si debeat in hac uita, superandus erit per ternarium binarius, id est corpus ad spiritus naturam conformandum est, & spiritus ita corpori coniungendus, ut in eo pacem habeat. Quo facto iam ternarius ortus in unitate secunda perfecta q; iubilat: nam ex duobus dictis & prioribus, per eorum coniunctionem factum

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Etum est unum tertium. Hæc tamen con-
 iunctio fieri debet per gradus quaternarij
 hoc est per elementorum ex quibus con-
 stat corpus, transmutationem in unicum &
 purissimū elemētum, hoc modo. Primò ex
 terra tui corporis aqua fiat: hoc est ex lapi-
 deo segniq; tuo corde, molle fiat uigilās q;
 ad dei, tui quoq; noticiam: ut spiritus ima-
 gines in illud non aliàs quàm in ceram si-
 gillo characteres imprimi queant. Postmo-
 dūm ex hac aqua fiat aer: id est, attolle sur-
 sum in cælum ad eum qui te creauit humi-
 liatum iam cor tuum, aeris instar ad supre-
 ma semper tendentis, ora q; pulsans ut ape-
 riatur ingenium tuum, ad intelligendum
 ea quæ Dei sunt. Postremò ex aere hoc fiat
 ignis: hoc est, desiderium tui cordis omne
 conuertatur in amorem (cui comparatur ig-
 nis ob ardorem) Dei proximi q; tui hic
 in terris, ut flamma hæc non extinguatur
 unquam. Sic fiet ut per similitudinem tuus
 binarius, id est spiritus & corpus, in unum
 ternariū perfectè iūgatur, per quaternariū
 eius q; gradus, ut audiuisti. Iam habes,
 optimè lector, Clauis philosophiæ specu-
 latiue manifestationem, liberali quidem
 animo tibi, studiosis etiam rerum abdita-
 rum omnibus in lucem editam, quæ tam

LAPIS PHILOSOPHICVS.

occultè seruator ænigmatibus antiquorum.
 Ad huius similitudinem philosophiæ chymistice clauem fabricare tibi necessum est. Iam quid obstabit, quin ænigmatica scripta hac in arte ualeas intelligere, ne falsò cum cæteris iudices artis istius professores, etsi miranda faciant, esse necromanticos, at magos & uerè sapientes. Vtròque uideas quàm paucis, ea quæ tot & tam uarijs uelantur inuolucris antiqui recentisque magi, tibi nunc exposuerim: nonnulla quæ Tritemius inter modernos eius rei scriptores omnium sagacissimus, Principibus ab eo summè flagitantibus Christianis respondit, apponere minimè pigebit. Videbis in arte hac spectrorum aut superstitionis (quòd falsò dicunt ignari) nihil prorsus adesse, nec eius quidpiam, quod sit contra religionem ueram, aut Ecclesiam Dei. Primò responder Io. Tritemius Comiti in Vuestenburgh, ad interrogata quædam de tribus Magiæ naturalis principijs, ut sequitur: Sat scio, per clauem hanc, quam tibi dedi prius intelliges, aut ingenio parum uales in similibus. Longi desideratio itineris (inquit) tui ad nos, induxit animum, ut uotis tuis satisfacturi, ad interrogata daremus responsum. Profundorum & secretorum nostrorum quæ sensu per-

LAPIS PHILOSOPHICVS

percepisti, hæc radix & fundamētū omniū
creaturarū. Prima diuīsiō naturalis radicē
scientiæ consummatæ producit, cuius an-
notatio ista. Quatuor sunt matres eorum,
quæ in ordine nouissimo: & quatuor sunt
patres eorū, qui in principio horum om-
nium nexus, & primū connexus, & ultimū
simplex, purum unicū solum omnia tingit.
Terra simplex elementū purū, & primum
uno procedens, non componitur, non mu-
tatur, non patitur cōnexionem, sed manet
quod est incorruptibile, & in uno consistit
unum, & non unum, non est numerus, &
est numerus, non numeratur, & numera-
tur, inter ipsum & unum non est numerus.
In unitate manet unum, & per comple-
xum efficit ternarium: quem octies com-
plectens mirabili natura omnia reducit ad
unum: uirtus eius à nullo magistrorum
explicari per omnia potest. Non est ipsum
quod colimus Deus, creatura est animi
hominis, imago nec uiua nec mortua, per
quam in omni scientia mirabilis effectus
fit. Et dico tibi amice in summa ueritate
Dei, quoniam quicumque huius puræ sim-
plicitatis simplici noticia sublimatus est
in omni scientia naturali consummatus e-
rit, perficietque opera miranda, & stupen-
dos inueniet effectus. Bonum simplex un-
cun

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tum est, & per ipsum nō solum similia, sed
 & dissimilia multa fiunt. Terra compo-
 sita elementum natura purum, simplex &
 unicum: sed quia cōpositum necessariū ē sit
 multiplex, uarium & impurum, reducibile
 tamen per ignem, in aquam: ab illa in ignē,
 & ab illo in unum simplex, & est numerus
 & numeratur, & non est numerus, & non
 numeratur. Non numeratur quia natu-
 ra simplex est, & accidente compositum.
 Ideo quē numerari non potest, quia ante i-
 psum non est numerus. Numeratur autem
 ab unitate unum non absolutum, sed in-
 clusum: & dicitur unum exclusum, unum
 inclusum, unumq; per unum ab uno, scili-
 cet ab anima mundi, sitq; ternarius: esse cū
 uno uult naturaliter, unum per se potens,
 in uno impotens, in altero impotens, in
 sphæra semper uoluitur, in unoquoque
 manet igne unum, sed non sic imagi-
 natur. Si per ignem purificatum ad sim-
 plicitatem suam congrua lotionē redu-
 citur, omnia mysteria scientiæ profundæ
 operari potest. Terra de composito ele-
 mentum est, & non est elementum per
 quod binarius in ternarium reducitur,
 quatuor ab uno gradibus distans. Mira-
 bilis, uarium est & multiplex, corru-
 ptibile, & tamen extra unitatis circulum
 non

LAPIS PHILOSOPHICVS.

non uagatur: huius cum ternario per binarium in uno secretorum omnium magisterium est. Et quęcunq; humanitus adinuenta mirabiliter constant, eius sunt potestati subiecta, & fieri possunt operatione perfectata. Obseruat numerum, gradum & ordinem, quibus omnis mirabilium naturę operatio constat. Miranda sunt quę potens est facere, & plus quàm creditur plura, quę nec Deo iniuriam nec maculam animę inferunt. Per ipsum mirabilia sunt opera: per ipsum omnium humanarum adinventionum plena cognitio est, & operatio effectiua in quacunq; re obscura: quia uirtus eius ex intellectu procedens nō errare permittit per tres gradus operatē. Discernit omnia quę homines dicunt. Seduci in errorem per ipsum inchoata operatio minimē potest. Quicquid Astronomi, quicquid Mathematici, quicquid Magi, quicquid inuidentes naturę persecutores Alchimistę, quicquid dæmonibus deteriores Necromantici promittunt, nouit discernere, intelligere, rectificare, inuenire, suisq; principiis aptata sine malicia perficere: hoc ipsum elementum non elementum, per numerum a se remotum, cū sibi coniuncto in unitatem simpliciter reductum. Sine huius medij, finis principijq; cognitiōe per numeros gradus &

LAPIS PHILOSOPHICVS.

dus & ordines, nec magus imaginibus uir-
 tutem daret; sine crimine, uel etiam cum
 scelere dare posset: nec Alchimista natu-
 ram imitari, nec homo spiritus compelle-
 re, nec futura prædicere uates naturæ, nec
 quisquam curiosus experimentorum ca-
 perationem. Omnis itaq; naturæ confi-
 stens limitibus operatio mirandorum, ab
 unitate per binarium in ternarium descen-
 dit: non prius tamen quàm à quaternario
 per ordinem graduum in simplicitate con-
 surgat, &c. prout suprà latius. Postea sic ait,
 Magia naturalis, quæ aliquando principijs
 naturæ innixa, in sua simplicitate pura con-
 stabat, tot mendacijs & impuritatib. totq;
 deceptionibus confusa est, ut nemo nisi in-
 utraq; doctissimus sit, qui alterà ab altera
 discernere possit, intelligere potest. Quan-
 tos errantes in magia ipsa naturali solus e-
 go noui uiros, alioquin doctissimos: quorū
 nonnulli tempus & substantiam Alchimiae
 impēdentes perdiderunt: nonnulli uitā cū
 rebus amittūt: alij medicinā ex ipsa cupien-
 tes elicere, post longos labores nihil pro-
 ficiunt: alij mirandorum effectuum secreta
 perscrutantes, ad nullam experiētiā pet-
 uenire potuerunt: alij futura prædicere ge-
 stientes, pro ueris falsa loquuntur: hi dum
 H opi-

LAPIS PHILOSOPHICVS:

opinionēs sui capitis uentosas ingerunt,
ab expertis dudum conscriptis, quæ non
intelligunt bona ueraq; , mala & falsa im-
peritè efficiunt. Nota tria principia in ma-
gia ista naturali occulta, sine quorum per-
fecta noticia, nullus operantem sequitur ef-
fectus. Primum principium in uno consi-
stit, non à quo, sed per quod omnis miran-
dorum naturalium uirtus producit in ef-
fectum, de quo diximus: quia purū ab uno
procedens nō componitur, neq; mutatur.
Ad ipsum à ternario & quaternario fit ad
monadem progressus, ut compleatur de-
narius: per ipsum enim est numeri regresa-
sus ad unum, simul descensus in quatuor,
& ascensus in monadem. Impossibile est
compleri denarium, nisi per ipsum: monas
in triade læta conuertitur. Omnes hoc
principium post principium monadis ig-
norantes, nil in ternario proficiunt, nec ad
sacrum quaternarium pertingunt. Nam
etsi magorum libros omnes habeant, fide-
rū cursus, uirtutes, potestates, operationes,
& proprietates perfectè cognoscant, ipso-
rumq; imagines, annulos, sigilla, & secretis-
sima quæq; ad plenum intelligant: nullum
tamen mirandorū consequi possunt in suis
operationibus effectum, sine huius princi-
pij

LAPIS PHILOSOPHICVS.

pij à principio cognitione in principium
 Vnde omnes quotquot uidi in magia na-
 turali operâtes, aut nihil consequuti sunt,
 aut ad uana friuola & superstitiosa, post
 lōgas & inutiles operatiōes, desperatione
 prolapsi sunt. Principiū uerò secundum, or-
 dine, non dignitate quidem, à primo sepa-
 ratum, quod unum existens facit ternariū,
 est quod operatur miranda per binariū. In
 uno est enim unum, & nō est unum, est sim-
 plex, & in quaternario cōponitur: quo pu-
 rificato per ignē in sole, aqua pura egredi-
 tur, & ipsum ad suā simplicitatē reuersum,
 cōplementū operanti mōstrabit occulto-
 rū. Hic centrū est magiē naturalis, cuius cir-
 cunferentia sibi unita circulum repræsen-
 tat immensus ordo in infinitum: uirtus
 eius super omnia purificata, & simplex mī-
 nor omnib. quaternario super gradu cōpo-
 sita. Quaternarius autem Pythagoricus nu-
 merus ternario suffultus, si ordinem gra-
 dūq; obseruat, purificatus purusq; in uno,
 ad binarium in ternario mirāda & occulta
 nature pōt operari. Hic est quaternarius, in
 cuius mēsurā ternarius binario cōiūctus in
 uno cuncta facit, quæ mirabiliter facit. Ter-
 narius enim numerus ad unitatem redu-
 ctus per aspectum, omnia in se continet, &

LAPIS PHILOSOPHICVS.

quæ uult potest. Principium tertium per se non est principium, sed inter ipsum & binarium est finis omnis scientiæ & artis mysticæ, ac infallibile mediij centrum: in alio quàm in ipso facilius non erratur, quoniam paucissimi uiuunt in terris, qui profunda eius intelligant. Varium est compositum, & per septenarium in ternarium octies multiplicatum consurgens & manens fixum. In ipso est consummatio numeri, graduum, & ordinis: per hoc omnes philosophi, occultorum naturæ ueri inquisitores, mirabiles effectus consequuti sunt: per ipsum ad simplex elementum in ternario reductum, subito fiunt infirmitatum curæ miraculosæ, & naturaliter omnium ægritudinum: opus quæ in magia naturali & præternaturali operantis, consequitur effectum. Fugiunt dæmones, accedunt quæ uocati secundum dispositionem quaternarij. Prædictio futurorum per ipsum uerificatur, occultorum quæ insinuatio, non aliunde, quàm per ipsum à natura percipitur. Hoc unico medio secretum naturæ aperitur Alchimiæ, sine quo nec intellectus artis acquiritur, nec operationis effectus inuenitur. Errant, crede mihi, errant omnes, qui sine istis tribus principijs quicquam operari in occultis

LAPIS PHILOSOPHICVS.

cultis naturæ scientijs se posse confidunt:
 maior autem causa erroris est, quòd sa-
 pientes olim secretis naturæ imbuti, hæc
 uel penitus tacuerunt, uel nimia obscu-
 ritate inuoluerunt, ut non nisi à sibi simi-
 libus intelligi uerè queant. Secreta est
 huius institutionis philosophia coele-
 stisque, in qua si quis scire & intelligere
 uerè cupit aliquid, hominum tumultus
 fugiat necessum est, mundum deserat, coe-
 lum non oculis tantum, sed mente con-
 templetur. Spiritus Dei ubi uult spirat,
 quem uult illuminat, quem suo numine
 obumbraverit, in omnem ueritatis cogni-
 tionem inducit: quod qui acceperit, Deo
 gratias agat, studeatque fructibus ope-
 rum bonorum correspondere pro uiribus
 acceptis, accepisseque se recognoscat, &
 ita non inueniet unde superbiat. Ille
 autem cui scire ista sublimia donatum
 non fuerit, aut socordiam suam intelli-
 gat, quia non laborauit ut sciret: aut mi-
 sericordiam Creatoris laudet, qua in eius
 utilitatem impedimenta fore uoluit ut
 nesciret: aut si non acquisiuerit, Deum
 sibi non extitisse debitorem tantæ dona-
 tionis fateatur, & non murmuret. Ami-
 cus es, tibi consulentem amicum audi,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

& factum intelliges. Propinquorum uisitor ignem inuidiæ, non aerem calca mortalium, Dei immortalis odio: periculum minatur leuitas. Fuge synodum omnium per hominem, non hominum etiam cœlestium. In nidulo hirundinum salus tua, periculum gallinarum. Velum raptum à uento persequeris, fatigaberis in septenario, sed per ternarium in unitate confurges iterum, & felicem te reperies. Si operationes tuas à sole, quem tibi natura uidetur abscondere, ut à cunctis ad uerum solem, qui Deus est, per studium cognitionis, purificata ab inferioribus mente, in desiderio animæ, feruore sanctissimi amoris conuerteris, & aliquid ostēdet. Quia diuini amoris ars longa, tempus uerò breue est, præstatque Creatorem quàm creaturam in ueritate semper diligere. Per alias Illustrissimo Principi Ioachimo Marchioni Brandenburgensi responder, ut sequitur: Magia autem naturalis pura est, solida, stabilis & licita, quæ Principes maximè decet ac ornat, ab Ecclesia Dei nunquam prohibita, nec etiam iure prohibenda: quippe quæ puris naturæ principijs innititur, nullamque superstitutionem admittit. Huius tria sunt
princi.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

principia omnino secretissima, quæ nulus philosophorum literis aliter quàm occultissimè, inuolutisque mysterijs denodauit, ne ad prauorum noticiam hominum peruenirent, & per illa multa patrerent mala. Sunt autem ista principia intellectui hominum difficilia nimium, & soli homini ab astris, arte, ingenio & natura speciali conditione disposito peruia, sine quorum cognitione perfecta, nihil proficiunt in magia operantes. Te autem, Illustrissime Princeps, in magicis & occultis naturæ uirtutibus, non solum per desiderium occupatum, sed etiam apprimè eruditum & expertum fore, tuus mihi dixit orator. Ego quidem an ista principia habeas, cum nesciam, mitto gratiæ tuæ duas epistolas, quas dudum scripsi amicis rationem scire secretorum meorum cupientibus. Eorum explanationem per literas dare difficile est, nisi totius magiæ fundamentum, rationes, operationes, modum, & ordinem, non epistolis, sed libris magnis uelim explicare: quod occupationes meæ prohibet, & breuitas temporis non admittit. Verum si tua uelit Serenitas, ut opus, licet arduum ualde, aggrediar, me facile perducabit, non paruo temporis spacio tamen absolui potest.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Vehementer enim lætor, & gaudeo, te his
 artibus & studijs delectari, quæ solos Prin-
 cipes decent, quæque Reges ueteres, atque
 præcellentes Imperij Duces amauerunt.
 Nec hodie Principem tuuere crediderim
 (oratoris tui miranda relatione inductus)
 quem aut tibi præferendum in his iudicem,
 aut cui secreta mea, & quicquid in magicis
 sum affecutus maluerim aperire. Quid e-
 nim pulchrius, quid utilius, quam Princi-
 pem genere, rebus & sapientia insignem
 inuincibilemque exposcam eis delectari
 studijs, quorum usu Reges, & Principes o-
 lim sapientes & potentissimi, cæteris in
 terris omnibus metuendi facti sunt? Non
 solum his studijs mirabilibus potentes me-
 tuendi sunt effecti, subditasque sibi gentes
 prudentissimè gubernarunt, sed etiam cū
 diuitijs, honore, felicitateque nomen ac-
 quisuerunt æternum. Utinam Reges &
 Principes nostri temporis omnes, tuæ Se-
 renitatis studium imitarentur: quàm bene
 Respublica regeretur, quàmque felices
 existeret in hoc seculo Magnates, & post-
 modum in æterna uita? Magia siquidem
 naturalis non solum effectus operatur uisi-
 biles, sed etiam in intellectum ipsius ho-
 minis in ea periti mirabiliter in cognitio-
 ne

LAPIS PHILOSOPHICVS.

ne diuinitatis illuminat, inuisibilesque fructus animæ præstat.

Sed uidemus nomen Magiæ cunctis pœnè hodie hominibus inuisum & odiosum, ut omnes in ea studètes una sentètia damnent, omnemque usum eius Christianæ religioni aduersum penitus, & contrarium existiment. Et hæc bonæ sanctæque scientiæ magiæ naturalis iniusta damnatio unde putas serenissime Princeps, exordium sumpsit? meam sententiam accipito.

Antequã ueteres illi sapientes philosophi Principes, & Reges in scientia magiæ naturalis perfectè imbuti ab hac luce decesserunt, scientiam occultissimis secretissimisque mysterijs obuolutam istam studio reliquerunt, ne indignis ad eam aliquis pateret accessus. Qui scripta eorum legere, & operari in eis uoluerunt homines, bifariã processerunt: quidam enim ex eis cum legissent miranda sapientum in magicis experimèta, desiderio & curiositate attracti, quod etiam nonnulli faciunt hodie, operari secundum faciem lectionis cœperunt. Qui cum nullum consequerentur promissæ operationis effectum, propter omnino sui ignorantiam, libros optimos, & experientia probatos, intelligètiarum ue-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

lut inanes & friuolos cū ignominia abijciē-
 tes cōdemnarūt. Alij uerò præscripta ratio-
 ne infructuosè laborantes, cū nihil in cōpo-
 sitione rerum magicarū proficerent, seq; ar-
 bitrarētur promissione auctorum esse dece-
 ptos, ne soli uiderentur abducti, sed plures
 haberent focios erroris, maiora quàm inue-
 nerūt promittentes uana, friuola & cōficta
 scienter libris sapientū immiscuerunt, cara-
 cteres uarios cum ignotis nominibus infe-
 rentes, in quibus magna latere secreta, per
 quorū scientiā admiranda fieri posse, dixe-
 rūt. Alij non cōtenti prædicto modo homi-
 nibus illudere, ut naturalem magiam quā
 non intelligebant magis cōfunderent, dia-
 bolicas institutiones addiderunt: quibus
 usq; aded fœdata & confusa fuere volumi-
 na sapientum, ut non solum à studiosis nō
 intelligi hoc tēpore, & emendari nequeāt,
 sed quod grauius est, ab omnibus penè ui-
 ris bonis, qui ea discernere nequeunt, cum
 non didicerint, tanquam mala reproba, su-
 perstitiosa diabolica, & sacrosanctæ fidei
 nostræ contraria condemnentur: unde ma-
 gia sancta & bona, rectè & purè, licet occul-
 tè, ab auctorib. olim cōscripta, ita cōfusa de-
 turpata & infecta est, ut nomen eius audire
 inter Christianos uideatur horrèndū, sitq;
 horrendū.

LAPIS PHILOSOPHICVS.

horrendum omnibus, & non tam inuisa
quam impenetrabilis. Itaq; cum non sint
hodie, qui naturalē magiam à superstitio-
sa & uana secernere queant, sancta iacet
cum profanis turpiter contempta, usq; a-
deò quòd prædicatores uerbi Dei, ac ani-
marum Medici, populum omnem Christia-
num à multis annis, palàm & sub magna-
rum excómunicatione césurarum, ab eius
obseruátia & lectione arcendo prohibeát,
usum eius omnib. Christianis penitus in-
terdicant: & libros huius sciētiæ quotquot
inueniri potuerunt, igni tradiderunt com-
burendos. Quòd si magia ipsa naturalis ad
primam puritatem suam reduceretur, fie-
ret cunctis denuò amabilis, & maximè u-
tilis Principibus. Sed quis tam idoneus,
quis tam doctus & potēs, qui hoc opus ag-
gredi possit? Nō est unius diei negociū, nec
uiri pauperis opus, nec ineruditi: ubi et sciē-
tia profundissima in omni penè scientia re-
quiritur, & opes ut uolumina multorū cō-
portari queant. Multos inuenimus multa
magnaq; promittentes, qui compositioni-
bus imaginum dant operam, sed proue-
nientes ad effectum sine superstitione pau-
cissimos. Et quia tuā Serenitatē Magnifice
Princeps, studio rerū abditarū, quę magia i-
psa

LAPIS PHILOSOPHICVS.

psa naturali perficiuntur, deditā scio, quantum licet pandam tibi paucis, quæ nunquam dixi: quibus etiam cognosces quem admodum in hac profunda scientia sit operandū. Sunt enim homini cuius in magia studere, & operari cum utilitate uolenti, subiecta necessaria. In primis necessariū est, ut à natura sit ad istam artem non solum inclinatus, sed etiam dispositus, aut saltem præceptoris magisterio disponibilis, per rectificationem à ternario in unitatem per binarium diuisum. Quod explanare literis apertius nequaquam ualeo, sermone uerò possum, non etiam omnibus, sed his duntaxat quos intelligentia perlustrauit. Secundò oportet linguæ sufficientem habere noticiam, ut uulgaris non capiat tantam scientiæ ipsius magiæ naturalis maiestatem. Astronomicæ fundamentum institutionis etiam scire necessum est, aut saltem alium ad uotū habere qui sciat. Tertiò necessaria copia librorum in hac scientia, solum eorum qui sunt emendatissimi, quales hodie paucissimi reperiuntur, uel ut præ manibus, & in promptu sit aliquis, qui ueraciter eorundē emendare uitia, nō augere, possit. Quartò præceptor doctissimus & expertissimus in hac arte necessari-

rius

LAPIS PHILOSOPHICVS.

rius est, quòd hæc scientia tantis inuoluta
 sit mysterijs, ut sine doctore peritissimo nõ
 queat apprehendi: nisi Deus omnipotens
 mentem singulari dono uelit illuminare:
 quòd rarissimè fieri consuevit. Quintò
 requiritur uniuersi totius superiorum, & in-
 feriorum diuisionis cognitio, ab uno usq;
 in quaternarium, in tenario quiescentem.
 Item oportet ordinem descensus & ascen-
 sus, gradum, numerum, inflexum & refle-
 xum, esse & non esse in unum & tria: hoc
 uerò scire difficillimum est, quia omnis mi-
 randorum effectuum radix, quocunq; mo-
 do fiant in magia tam naturali, quàm su-
 pernaturali, huius principij fundamento
 innititur: quocirca omnis qui hunc ordi-
 nem apprehenderit, ipsumq; modum in-
 tellexerit, consummatus erit in omni ma-
 giæ scientia profunda, mirandosq; in ope-
 ratione consequetur effectus. At quia hæc
 scire difficillimum, paucissimi cum utilita-
 te, multi uerò sine fructu laborant in ma-
 gia. Sextò conuenientem arti uiuendi
 modum ut cognoscat, oportet, ordinemq;
 laborandi, temporis horam, opus operisq;
 dominum, id est planetarum, locum aptu,
 formam, materiam, & materiæ commix-
 tionem, purum & impurū, simplex et com-
 positum,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

pōsitū, simile ac diuersum, cōiunctorumq;
nexū; & post hęc omnia suęmetipsius mēsu-
rā animæ uirtutē, & bonitatē ineundi po-
tētia. Septimò, ut sciat sub cuius planetæ
dominio spiritus horæ, diei, temporisq; sit
quælibet res mundi, secundum substantiā,
accidens, & effectū maximè per quem ope-
ratur. Inferiora namq; superiorib. subiecta
sunt, & sola similitudine, quæ substantia, ac-
cidente, potētia, uirtute, numero, gradu, ac
proprietas cōstat, per applicationē unius
ad aliud, modo in arte firmato, mirandorū
in magia naturali sit utilis operatio. Octa-
uò, necesse est scire in magia naturali nec
nō operantē intelligere proprietatē intelli-
gentiarū oēm, gradus, loca siue locationes,
nomina uerbāue, & officia seu opera, quæ
admodum se habēt ad extrema in ordine,
quomodoq; per eas operādum sit in qua-
libet intentione uniuersali: aut primū
necessaria est scientia, per quam certè per-
ficiuntur, quemadmodum caro ne putre-
scat, sale conseruatur. Nonò, in his quæ
solus perficere non potest, socios eum o-
portet habere, uel natura dignos, uel in-
stitutione dignificatos: quia sociorum indi-
gnitas operationis effectū impedit in oma-
nib. operationib. magiæ tā naturalis quàm
super-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

superstitiosæ, ac etiâ supernaturalis. De-
 cimò, oportet in magia operatẽ firmum
 esse confidentia, & de consecutiõe effectus
 nullatenus dubitare uel hæsitare: nõ ob id
 quòd credulitas aliquid cõducat in his, sed
 quòd hæsitatio firmitatem operantis ani-
 mæ per medium in extremum frágit, debi-
 lemq; facit: sine cuius uirtute stabili, non fit
 à superioribus influxus optatus. Vnde-
 cimò, oportet uolentem in magia naturali
 cum fructu operari, secretissimè conser-
 uare omnia, nulliq; hominum profectum
 uel defectum operationis, nec operationẽ
 ipsam, neq; uoluntatẽ, nec artem, neq; tem-
 pus reuelare, nisi præceptori uel discipulo.
 Quia hæc scientia publicum fugit, diuulga-
 taq; rarò perfectos fructus edit. Cæterũ ad
 uirum doctissimum respondens hæc scri-
 bit: Verum (ut Hermes inquit) sine menda-
 cio certũ, & unitatis cognatione uerissimũ.
 Quod est superius, est sicut id qđ est inferi-
 us, & quod est inferius, est sicut id quod est
 superius: quia solis unitatib. cõstat omnis
 numerus, ad perpetranda miracula unius
 rei multa. Nõne res oēs ab una re fluũt bo-
 nitate unius, et quicquid unitati cõiũgitur,
 nõ potest esse diuersum, sed fructificat sim-
 plicitate, & aptatione unius? Quid ex uni-
 tate

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tate nascitur? Nonne ternarius? Accipere
Unarius est simplex, binarius compositus
ternarius uerò ad unitatis reducitur simpli-
citatem. Non sum Tritemius mentis tripli-
cis, sed in una mente numero gaudens ter-
nario, qui uerè parit mirabilem fœtum. Pa-
ter eius est Sol, mater uerò Luna. Portaui
semen in utero uentus, terra nutriuit. Pate-
t omnis perfectionis totius mundi hic est.
Virtus eius integra & immensa: si uersum
fuerit in terram. Separabis terram ab igne
spissum à subtili, & ternarius iam sibi red-
ditus cum ingenio, & suauitate magna, à
terra conscendet in cœlum, iterumque uir-
tute & pulchritudine decoratus reuerte-
tur ad terram, & recipit uim superiorem
& inferiorem, eritque iam potens, & glo-
riosus in claritate unitatis, omnem aptus
producere numerum, & fugiet omnis ob-
scuritas: unum est principium purum. Bina-
rius ab unitate recedens, componitur, quia
impossibile est duo fore principia. Solus
ergo ternarius sacratus, uirtuosus, & potēs,
binario superato in suum principium, non
natum, sed similitudinis participatione re-
uertitur, in quo sine contradictione omnia
mysteria intelligit mens arcani pulchrè or-
dinati. Hęc est totius fortitudinis pulcher-
rima

LAPIS PHILOSOPHICVS.

ma uirtus, quæ uincit omnia mundana, & penetrat corpus omne, tingens unūquodque pulchritudine optabili: sicut Alchimici promittunt in corporibus compositis, sed errant, falluntur, & omnes decipiunt, à quibus libenter fuerint auditi. Volunt imitari naturam, & facere partes, quod solius est uniuersalis, cum radicem uirtutis naturæ nō intelligant. Non acquiescas insipientibus Alchimistis, qui fatui sunt, & simiarum discipuli, hostes naturæ, cœlestiumq; contemptores, sine quorum intelligibili cognitione, nihil est Alchimia: sed qui terrena non intelligit (sicut Dominus noster Iesus Christus dixit) cœlestia quomodo inueniet? Nostra philosophia cœlestis est, non terrena, ut summum illud principium, quod Deum nuncupamus, intuitu mentis per fidem & cognitionem fideliter aspiciamus, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum principium, unum Deum, unumque summum bonum in Trinitate personarum, sempiternum existentem uerè credentes, purè cognoscentes, & cum feruentissimi amoris & seruitutis cultu semper adorantes, à quo sunt omnia quæ uspiam esse possunt. Ad hanc nisi

LAPIS PHILOSOPHICVS.

mēs animata cōsurgat, nihil eorū quæ pul-
chra sunt, intelliget, sed in sua tabelcet igno-
rantia. Non est vulgaris ascensus iste, neq;
horum est ad eum imitatio sufficiens, quæ
una duntaxat ala sursum feruntur: sed om-
nino paucissimis familiaris, illis uidelicet
qui semet in unitatē non temere nec perpe-
ram reduxerunt. Multi quidem conantur
sed non omnium est in mente ternarius.
Nōne suspecturi cœlū, necessariò primū
caput eleuamus, reducimusq; postea
quam suspeximus? Solis licet oculis intue-
ri solem: aures non uident. Vt igitur cōscer-
dat animus, nō auris fiat, sed oculus & cor
fiatq; ex ternario unitas participatione bo-
nitatis ad principium, quia unum est bo-
num omnipotens, non duo neque plura.
Nisi enim fiat unitas, non fiet similitudinis
in mente coniunctio, neq; boni participa-
tio, & sine his nulla transcensio: nisi enim
hæc præcedant, superiorum intelligentiā
neq; inferiorum propriā cōsequi proterit
quis operationē. Res autē tam uniuersales
quàm singulares necessariò, ac rerū condi-
tiones, quædam sunt manifestæ, quædam
manifestiores, & quædam manifestissimæ.
Et aliæ quidem sunt occultæ, aliæ occul-
tiores,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tiores, aliæ occultissimæ, tam sensui quàm
 rationi: quam diuersitatem operatur ipsa-
 rum rerû natura. Hinc fit quòd quidam ho-
 mines cæteris euadunt sapientiores. Ma-
 gis autem sapiens dicitur, qui minus perce-
 ptibilia percipit. Numerus ordine constat
 & mēsurā. Ordo quoq; sine numero, & mē-
 sura fore nō potest. Mēsurā aut & numero
 constat & ordine. Vnitas hīc & ternarius bi-
 nariū non admittūt, sed oēm exuti multitu-
 dinē, in nata sibi puritate simplicissima in
 primo cōsistūt. Hęc ad superos uia, per quā
 antiqui sapiētes intelligibiliter profecti, ra-
 tionis ductu, plurima perceperūt, quę ultra
 humanā cōprehensionē à nostris nunc re-
 putātur sapiētibus. Vis audire plenius? Stu-
 diū generat cognitionē, cognitio autem pa-
 rit amorē, amor similitudinē, similitudo cō-
 munionē, cōmunio uirtutē, uirtus dignita-
 tē, dignitas potentiā, & potentia facit mira-
 culum. Hoc iter unicū ad finem magicarū
 perfectionum tam diuinarū, quàm natura-
 liū: à quibus arcetur, & confunditur procul
 omne supersticiosum, prestigiosum, atque
 diabolicū. Enimuerò nihil aliud per magiā
 intelligi uolumus quàm sapientiā, physica
 tū scilicet metaphysicarūq; rerū intelligen-
 tiam,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tiam, quæ quidem diuinarum, & naturalium
uirtutum scientia constat. Harmoniam co-
lestem non materiale, sed spirituale
consonantiam nobis suspiciendam scias o-
portet, ubi numerus, ordo, & mensura per
ternarium in unitatem cōueniunt, ad quæ
consonantiam inferiora nostra omnia sunt
conformanda. Fatuum est, harmoniam
arbitrari cœlestem stellarum cōsonantium
causante motu perceptibilem auribus fo-
mare sonum. Est autem harmonia cœlestis
numero, ordine, & mensura distributio
num corporum inuiolabilis consonantia.
Sed hanc supergredi necessum est, ut ter-
nario paretur ascensus, ad eam quæ super
cœlestis est, harmoniam, ubi nihil materia-
le, sed spiritualia sunt omnia: inde mentis
assumenda similitudo uenit. Stellaris enim
harmonia, mentem nec dedit, nec influxit.
Quidam philocryphus dicebat, Quicum-
que conditionem cœlestis harmoniæ no-
tam haberet, tam præterita, quam futura
cognosceret. Quis autem mihi dabitur
ex millibus unus, qui harmoniam hanc in-
telligat cœlestem? Ad supercœlestem men-
nata est, cuius similitudine uiuit. Astra ni-
hil intelligunt, nec sentiunt quidem, un-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

de nec sapientiam menti nostræ conferūt,
nec aliquod in nos dominium habent, qui
spiritu ambulamur, cōfidentes Dominum
Iesum Christum omnia in sua potestate ha-
bentem, ad cuius nos similitudinem pro-
niribus fideliter oportet conformare. Ipse
est enim sapientia Dei patris, ipse est fons
& origo scientiarum, ipse est animi cen-
trum, per quem facta sunt omnia. Abeant
homines temerarij, uani, & mendaces A-
strologi, deceptores mentium, & friuola
garrientes. Nihil enim ad mentem immor-
talem, nihil ad scientiam naturalem, nihil
facit ad sapientiam supercœlestem stella-
rum dispositio, sed corpus in corpus dun-
taxat suum habet imperium. Mens est li-
bera, stellis non subiicitur, nec earum in-
fluentias concipit, nec motum sequitur,
sed supercœlesti principio, à quo & facta
est & fœcundatur, tantùm communicat.

Respondens alteri hoc inquit, Quemad-
modum uerò non est una omnium ad sciē-
tiam properantium intentio, ita nec finis
quidem unus.

Aliqui namque multa scire cupiunt, eo
tantùm fine ut sciant, & fructum suæ cu-
riositatis unum, & in nihilo consistentem

LAPIS PHILOSOPHICVS.

recipiunt. Alij scire uolūt propter cōmodū
temporale, ut scilicet diuitias & honore
assequantur, ac dignitates: qui quōd aliū
nil quā turpē exercentes quæstum, ipsi
sciētię sacro nomine penitus censendi sunt
indigni. Et quot hodie ad scientiā in hunc
finem conferre se reperiuntur? Et nonnulli
sunt qui scire uolunt, ut ipsi ab hominibus
sciātur, quorum fructus scientiæ uanitas
est. Omnium præscriptorū intentiones ad
scientiā reprehensibiles existunt, & finis
culpæ ac iudicij rationi obnoxius. Sunt uerō
ali j qui scire cupiūt, ut proximos in amore
Christi instituant ac ædificent ardentius
& horum finis charitas est: & fructus, si uita
doctrinæ responderit, æterna felicitas. Alii
aut existunt, qui scire uolunt, ut ipsi in lege
Dñi ædificentur, quorum finis, prudentia
& merces, uitæ sempiternę beatitudinis re
tributio. Vides nunc amice, quis debeat no
stræ finis esse scientiæ, & quī nos scire de
beat. Cum ergo finis scientiæ speculatiue
sit Veritas, & practicę finis, opus, tantū scimus
quantū de cognitione Dei omnipotentis
apprehendimus, qui solus est Veritas: tan
tū uerō cognoscimus, quantū diligimus.
Scientia enim uera & salutaris Dei parit cognitionem

LAPIS PHILOSOPHICVS.

gnitionem, cognitio amorem, amor frequē-
tiam, frequentia familiaritatē, familiaritas
fiduciam, fiducia omnium quæ postulaue-
ris impetrationem. Scientia quippe uirtu-
tis cultum præcedit, quia nemo potest fide-
liter appetere quod ignorat. Cognitio ue-
ri, & amor recti certissimum ad felicitatē
parant introitum. Præcedit autem, sicut di-
ximus, amorem cognitio, quòd nemo pos-
sit ignotum amare uerè. Propterea dixit Pa-
tri dominus noster Iesus Christus in Euan-
gelio, Hæc est uita æterna, ut cognoscant te
solum Deum, & quē misisti Iesum Christū.
Quid' nā aliud est illa supercoelestis beato-
rū spiritūū amenitatis fruitio, quàm diui-
næ maiestatis cognitio & amor? Salutaris
enim sciētię cognitio, annexū sibi habet a-
morē, nec potest mens intellectualis sempī-
ternæ fruitionis habere consortiū, si aut co-
gnitio fuerit sine amore, aut amor sine co-
gnitione. Demones quidē mali cognoscūt,
sed quia nō habēt amorē, ad fruitionē quæ
ex utroq; & nō ex altero solo nascitur, mi-
nimè pertingunt. Amorē unius summę ue-
ritatis Gentiles quidā, & extra Christianis-
mū positi hodie, forsità multi habere uidē-
tur, sed quia nō cognoscūt Patrē uniuersita-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tis solum uerum Deum, & quem ille missus
Dominum, nostrum Iesum Christum in suis
cogitationibus euauerunt, & ad fruitionem
summæ bonitatis nequaquam perueniunt.
Dicit autem ipse Saluator noster Dominus
Iesus Christus de illis qui ipsum in mundum
uenisse non cognoscunt per eundem in sancto
Euangelio, Qui non credit iam iudicatus est.
Vera enim cognitio ex fide est, & amor ex cognitione. Homo ergo
fide carens nullam habet cognitionem. Qui autem
non habet cognitionem, amore caret. Et qui non habet amorem, fruitione
frustratus est. Hoc enim est, quod ipse Dominus
Iesus iam ascensurus in cælum suis discipulis
reuelauit, dicens. Euntes in mundum uniuersum,
prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit
& baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non
crediderit, condemnabitur. Prima itaque ad Deum
uia est, scientia siue cognitio per fidem, sine qua
nemo saluabitur. Ad hanc ueram scientiam,
omnes aliæ scientiæ studiaq; referri debent:
quod nisi fiat inani stultoq; labore consumuntur
isti sapientes, qui distinguunt sua studia
ab illis quæ diximus. Illa quam præposuimus
scientia

LAPIS PHILOSOPHICVS.

entia uera, suum scientiæ compunctione plurimum afficit, non extollit, superbire non sinit, at gementem efficit, iuxta uiri sapientis dictum hoc, Qui addit scientiam, addit & dolorem, eo quòd in multa scientia, multa sit indignatio. Prouideamus igitur, ut studia nostra uera sint, dum tempus habemus. Haftenus ille. Verum ut ad maiorem eorum quæ præscripta sunt explicatione ueniamus, Impossibile fuerit cuiquam hominum ad hanc occultissimam artem peruenire posse nō uocato. Vocatio tamen à pulsanibus atq; diligentibus acceleratur, ut quum studio per speculatiuam philosophiam directo, quis ad fontem scientiarum omnium cor suum uerè direxerit, eo qui sequitur artificio. Huc referri debet id quod nuper de speculatiua philosophia scribens edidi his uerbis:

Speculatiua philosophia dicitur bene compositæ mentis à corpore uoluntaria distractio: qua facilius circa ueritatis cognitionem uersari queat animus. Ad bene uereq; speculandum, requiritur etiam bona corporis dispositio, quæ mentem non impediat: hæc dupliciter acquiri potest, natura scilicet, uel arte. Quæ naturalis est, ar-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

te iuuari potest, necnon id adipisci quod à natura hac in parte negatum fuerit: præcipuè rationis usu, tandem sobrietate uictus, & medicinis philosophicis: horum unumco uel omnibus simul adhibitis remedijs. Verum ut melius intelligatur, quid hæc sibi uelint, ab omnibus definitionis terminis, ad ultimum usque ueniendum. Mens bene composita dicitur, quoties animus cum anima tali uinculo iunctus est, ut corporis appetitus frenare ualeat. Corporis bona dispositio, quum suis corruptis appetitibus minus fuerit obnoxium, intelligatur: & optima, quum partium eius componetium excellentiorem temperaturam acquisiuerit: tunc minus quæ sua sunt appetit, menti quæ sit obedientius. Quicquid appetit corpus, id corruptum est, uerum nihil appetere potest, nisi per facultatem animæ, quæ corporis est motrix: hæc simpliciter mouet absque boni uel mali conceptione: Corpus huiusmodi motum suscipit, & per sui corruptam naturam in malum appetit exequi, nisi resistat animus, qui nil nisi bonum suadet. Est igitur anima bonum inter & malum sita, suamque boni habet optionem per bonum, & mali

LAPIS PHILOSOPHICVS.

li per malū: permittente bono (nō aliās) tale malū fieri propter continuā resistantiā, quā facit anima corpore tracta, contra tractū animi bono moti: quæ propriè pertinacia mali cōtra spiritū suadentē omne bonū dici potest. Vt hæc melius intelligi queant, sciendū est, hominē tribus potissimis constare partib. animo scilicet, anima, & corpore. Dicitur animus spiraculum uitæ. Anima quidē organū est animi, hoc est spiritus, veluti corpus organū est animæ: quæ uita corporis est, & substātia media corpus inter & spiritū sita. Hæc si magis adhæserit animo quàm corpori, mēs exurgit, ac internus homo: si contrā corpori magis quàm spiritui, nō fit mens, at externus homo dicitur, & tenebrarū abyssus. Trib. etiā delectatur animus, Ratiōe uidelicet, Intellectu, & Memoria. Ratio speculatiōis imaginē intellectui representat, hic eā arcanę cōseruādam exhibet memorię. Ratio prima, mētis est eternę ppetuus & inuiolabilis ordo, cuius homo factus est particeps ex dono Dei, simul & intellectus: q̄ ratiōis est apprehēsiō, nō secus ac memorię: quę qdē amborū cōseruatiō dici pōt. Anima duob. cōstat, motu scilicet ac sensu. Motus ē aut naturalis, uel accident-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

dentalis. Sensus est uisū uel auditū, degustatū, olfactū uel tactū rei perceptio. Nā corporis membra, per quæ sensus ab anima percipiuntur, sensuum propriè uocamus organa. Sensuum perceptio rerum præteritarum noticiam præsentium repræsentatione reuocat in memoriā: hanc animalia bruta cum hominib. communem habent: nam illa solū præsentibus oblatis, eadem sensu recolunt. Est & alia radix memoriæ per quam excellens, quæ nulla repræsentatione media, sed spiritus nunquam otiosi sedula tantū agitatione, dictā colit memoriā, uirereq; perpetuò facit: hæc memoriæ continuatio rationis cultum subsequitur, & est homini solo contingens. Ergo sensus est communiter animalis, ratio uerò particulariter intellectualis: quia non intelligūt bruta, nisi per sensum præsentem: animalia rationalia ramen per intellectum à ratione motum & sensum, posteriore sine uel medio. Iterum animus & corpus in rationalibus opposita sunt extrema contrariaque, quæ nunquā possunt coniungi, nisi per mediam animam & uitam, de utroq; partem inimico: sed quia alterum extremum est perfectum, & alterum imperfectum,

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Etum, si motus fiat à perfectò, per medium
 necessariò transit in imperfecti perfectio-
 nem, & è contra. Hac ratione Deus omnia
 condidit sub tribus, in unum ut conueni-
 rent: ipse namque pacis auctor est & unio-
 nis. Duo semper sunt inimici, donec per ter-
 narium unum fiant amici. Animus omni-
 bus est æqualis, mens uerò non omnibus
 æqua nec æqualis. Paucissimi sunt illi qui
 cum animo coniunctam habent animam:
 multi qui secundum magis & minus de men-
 te quid participant: plurimi qui corpus in
 anima colentes, & hanc in corpore, non a-
 gnoscunt animum: quibus nulla mens, at
 insania manet. Mens itaq; bene recipitur,
 quoties animus & anima conuenientia si-
 mul à corpore sunt ita recepta, ut ex his tri-
 bus unum fiat consonum & inseparabile:
 sed hæc amicitia nullo modo fieri potest
 alio, quam per separationem, qua sine me-
 taphysica non fit coniunctio. Solum est u-
 num, quod si solum remanet, impossibile
 fuerit cum altero iungi: si tamen alteri con-
 iungendum sit, hoc alterum ex hoc uno se-
 paratum esse necessum erit, cum nihil sit
 præter id unum. Et quia partes unius ex
 uno symbolizant, uel sympathiam cum u-
 no

LAPIS PHILOSOPHICVS.

no habent, in unum facile conueniunt, sed eo facilius, quò minùs per interualla remotæ sunt ab uno. Quapropter mentis à corpore distractio necessaria est, ut eius & alterius fiat unio. Sed cum unio perfectionem requirat, ab extremo perfecto (sicuti suprà dixi) per medium fieri debet ad imperfectum transitus, ut istud perficiatur. Per huiuscemodi mentis à corpore distractionem, quam uoluntariam nonnulli morem uocant, acquirunt animus & anima simul iuncta potentiam ac dominiũ in suũ corpus, quod solus animus antea non ita habebat, ob renitens medium, per quod supernaturalis transitus fieri debet: quia non conueniunt inimici, nisi per sequentrem neutrum ex parte discordiæ, sed participem ex parte reconciliationis cum utroque. Hoc labesit Astronomia iudicialia, quæ dispositionem astrorum inclinare, licet non necessitare docet. Nam astramentibus hominum longè sunt inferiora, pariter ignobilius parum, aut nihil penitus in se nobilius agere potest. Verùm si corpora humana uincant animam, eamque reducant in corruptibilis corporis seruitutem, inficias non iero, quia corpora astro-

stro-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Atrorum tunc nobiliora sunt hominum similibus corporibus, suas in humana corpora passiones imprimere posse. Breuiter, Sapiens dominabitur astris : insipiens ne dum his subiicitur, uerum etiam inferioribus & erumnis quibuscunque. Sapiens est qui mentem adeptus eam excolit : insipiens uero qui corpus in animam uel hanc in corpore diligit animo neglecto : quod etiam ex uerbo Domini comprobatur, Qui diligit animam suam (intellige in corpore) perdet eam, & qui odit eam ut supra, in æternum custodit eam.

Diligere dicitur is animam in corpore, qui suos appetitus prauos exequitur : è contra, qui non exequitur eos, at uanitatibus cogitationibus delectatur, corpus in anima uidetur diligere. Odit animam suam in corpore, qui corporis frænata appetitus : & corpus in anima, qui uanis rebus sitit speculationibus. Visum est & hoc adijcere quod apud probatissimos auctores, & præcipuè theologos usurpatur, uidelicet ut animam nonnunquam pro spiritu ponat, & huc pro illa indifferenter : per hoc non est inferendum, quod spiritus & anima sint unum

LAPIS PHILOSOPHICVS.

unum & idem ante mentis compositionem, sed post, & in eo conueniunt nostri philosophi cum theologis: nam siue mentem uocemus spiritum siue animam, appellatione unius, non excludimus alterum, propter unionem iam factam.

Nulla dicitur etiam unio uera, nisi fuerit inseparabilis. Possunt nihilominus unionis initia iaci, quæ non consequuntur effectum: per hoc non stat, quin mens adhuc imperfecta magis uel minus appelletur. Qui perfectam consequuntur mentem, sunt paucissimi: qui inchoatam habent, multi: qui nullam uerò, plurimi. Nunc ad corporis anatomiam ueniens, ut suprà dico, bonam corporis dispositionem ad ueram speculationem esse necessariam. Nil mirum, quia corpus ex sui corrupta natura plurimum aggrauat animam & impedit, quò minus spiritus actiones percipere possit. Nonnullis à natura datum est, magis idoneos fore cæteris ad hanc separationem faciendam, uel quibus ad naturalem corruptionem in eorum formatione, per accidens nulla procul, uel pauca saltem accessit corruptio. Minus apti sunt, qui præter ortiuam corruptionem

LAPIS PHILOSOPHICVS.

ptionem, & accessoriam ex propria petulantia, uictusque dissoluta serie rationem impediunt: ut sunt illi qui mundanis agitati curis, ea quæ sunt extra mundum perpetua negligunt, & qui largiùs utuntur eis, quæ natura dedit in necessitatem, quàm par sit. Quapropter uti per accessionem alicuius quid impeditur, ita per amotionem eiusdem iuari potest. Fiunt itaque medicinæ philosophicæ per Alchimicam artem ueram præ cæteris excellentissimam, à proprijs semotæ corporibus, quæ per naturalem uim agendi quam habent in proprium corpus, & post remotionem suæ partis patientis retinent, id idem in alienum corpus obiectum exequi possunt, & excellentius, quàm à natura datum illis erat in propria corpora perficere. Iam quicquid reperitur in rerum natura formam habens & materiam, desiderat in suo genere perfici: quod quidem naturale desiderium, perfectionis omnium est potissima causa. Cumque natura sibi simili naturæ iungi gaudet ac delectetur in ea, uincente mente per sibi simile medicamentum adiuta, corpus in eandem condescendere naturam cogitur: sicut uincente corpore sibi similibus corroborato corrum-

K penti-

LAPIS PHILOSOPHICVS.

pentibus, anima cogebatur prius. Quod
 ne cuiquam absurdum uideatur, adijciam.
 Quoduis nutrimentum in sanguinem nu-
 triti mutatur eiusdem naturæ, proprietatis
 potius, cuius fuerit nutrimentum: exem-
 plo natura docet in his, qui ferocium ani-
 maliū carnibus aluntur assiduò, ferocissi-
 mos fieri tales. Nihil assumitur in nutrimen-
 tum à natura, præter id quod est subtilius,
 crassum & feculentum reijcitur in excremen-
 tum, & iterum nutrimenti superflui quode-
 uis excrementum natura per poros in su-
 dorem, uel per uesicam, nares aut lachry-
 mas eijcit. Hoc mouit Præceptorem nostrū
 Theophrastum Paracellsum dicere, quod-
 uis corporis humani membrum stomachū
 habere proprium, in quo decoquitur nu-
 trimentum, & fit in eo separatio superflui à
 necessario. Si per membri cuiuspiam debi-
 litatem huiusmodi superfluitas non sepa-
 retur (ob malam digestionem) superfluum
 hoc nutrimentum, uel carnes in tali mem-
 bro cogit in tumorem excrefcere (quod a-
 postema uocarunt) uel ossa præter naturā
 extendi. In medicamento uerò metaphysi-
 co nihil crassi relinquitur nec superflui qd:
 quapropter incorrupta naturæ pars, totum
 hoc medicamentum assumit, ac sine separa-
 tione

LAPIS PHILOSOPHICVS.

tione transmutat in sibi similem naturam,
 utpote superfluitatis experte. Incorrupta
 natura hoc loco dicitur balsamū naturale,
 quibusuis corporibus naturaliter insitum,
 per quod eorum calor & humor etiam na-
 turalia uel radicalia, quantum fieri potest
 à corruptione præseruantur, & quo defici-
 ente corpus humanum leprosum efficitur,
 conualescenteque per augmentum ab ex-
 trinsicis, quod iam ob eiusdem balsami
 paucitatem corruptum est, in excremen-
 tum eijcitur. Differt eo metaphysicum à
 physico medicamento, quod hoc unà cum
 suo corpore traiectum in stomachum, non
 aliàs quàm cibus in triplex alimentum, &
 in dulpex separatur excrementum: illud
 in balsamum, mercurium aut uulcanū trans-
 mutatur. Oportet enim tres corporis phy-
 sici partes potissimas, sanguinē, sal, & sul-
 phur sibi similib. nutrirī. Hinc fit quòd cibi
 potusq; quotidiani cum suis sumantur cor-
 poribus: nam quoduis elemētum sustenta-
 tur elemento, sed omnia simul conueniūt,
 & in temperaturam conseruantur ab æthe-
 reo, cui nostrum balsamum & socios quan-
 tum possumus cōformia reddimus. Quo-
 niam est in corpore humano quædam sub-
 stantia conformis æthereæ, quæ reliquas

LAPIS PHILOSOPHICVS.

elementares partes in eo præseruat, ac pro
 suis uiribus continuare facit. Spiritus itaq;
 medicamenti philosophici cum anima sua
 iunctus, & à corpore suo separatus, menta-
 les partes in sibi similem substantiam trans-
 mutat: corpus quoque physicum à corrup-
 tione præseruat, & corruptū corrigit. Me-
 taphysicum habere posse corpus nostram
 nō negamus medicinam: tunc scilicet, quā-
 do corpus eius spirituale factum est, spiri-
 tusq; hoc induit corpus, quod philosophi
 dicunt fixum fieri uolatile, tandem uolati-
 le fixum. Physicum certè corpus excellen-
 tiori corpore curari non potest, quàm meta-
 physico, nec humana mens cōponi melius,
 quàm dispositione metaphysica, post diui-
 næ gratiæ donum tamen.

Ex his omnibus concludimus, specula-
 tiuam philosophiam in superatione cor-
 poris unione mentali facta consistere. Sed
 hæc unio prima nondum Sophum efficit,
 at mentalem Sophiæ discipulum tantum:
 cum corpore mentis secunda Sophum ex-
 hibet, completam illam & beatam unio-
 nem tertiam cum unitate prima sperātem,
 & expectantem. Faxit Omnipotens Deus,
 ut tales efficiamur omnes, & ipse sit in om-
 nibus unus.

Iam

LAPIS PHILOSOPHICVS.

Iam explicuimus quæ ueteres atq; moderni tot ænigmatibus uelârât, latius dicemus. Quicumq; metaphysicum lapidẽ extrahere cupierit, per speculatiuam hanc philosophiã ad eius cognitionem dispositione perueniat oportet. Qua postmodum ob tenta medicina uniuersali, ut ex documento Perfecti maioris antea posuimus: granum unum istius accipiat in albo uino dissolutum, & aperietur eius intellectus ad omnia percipiendum occulta, tollenturq; ab eo quæuis ægri tudines, ac incurabiles medicis morbi.

F I N I S.

